43 3

C. R. A.

DISCURSUS JURIS PUBLICI ACADEMICUS

DE

REGALI INSIGNIUM GENTILITIORUM JURE

Von Stamm-Wappen

QUEM

SUB PRÆSIDIO

CELEBERRIMI JURISCONSULTI

DN. HENRICI DAVIDIS CHUNONIS,

IN ILLUSTRISSIMO ELECTORALI HOC ATHENÆO JURIUM ANTECESSORIS PRIMARII ET PRO-CANCELLARII SPECTATISSIMI, FACULTATISQUE p. t. DECANI; FAVITORIS SUI PLURIMUM DEVENERANDI.

Publicitus Palæſtricæ Themidos Coronæ examinandum exhibet

AUTHOR

JOHANN REINHARD HEDINGER VH.

CIVIS N H TIGURINUS.

ROMA



Ad diem *Horis locoq; Solitis*

HEIDELBERGÆ,

Apud ÆGIDIUM WALTERUM *Acad. Typogr.* Anno 1660.

VIRIS

Perilluſtribus, Illuſtribus, Generoſis Ac Prænobiliſsimis, S. Majeſtatis Cæſareæ Conſiliariis
DN. DN.

DIRECTORIBUS, CAPITANEIS, CONSILIARIIS, DEPUTATIS, CÆTERISQUE COLLEGIS,

Eminentiſsimi Ordinis Imperii Equeſtris liberi & immediati in Suevia, Franconia, Ad Tractatum Rheni, in Wedderavia, & per inferiorem Alſatiam

Dominis ſuis Gratioſis, Patronis & Mæcenatibus Maximis

Primum hunc animi ſui fœtum cum auguſtarum proſperitatum voto

In devotæ Obſervantiæ argumentum.

Inſignit

AUTHOR & Defendens.

Amicæ προσφωνήσεις
ad
Nobiliſſ. Doctiſsimúmque
Diſcurſus hujus
Authorem

I.

VEl genus, aut Proavi, vel quæ non fecimus ipſi,
    Sic eſt; vix noſtris annumeranda bonis.
Quid juvat ampullas, aut ſeſquipedalia verba
    Fundere de Patrum ſtemmate Nobilium?
Nomina qui tantùm, qui Stemmata jactat Avorum,
    Moribus antiquis nec tamen eſſe ſtudet:
Eſt macula in pulchro, nigro carbone notata,
    Corpore, quæ cuivis conſpicienda patet.
Si tamen accedant virtuti Inſignia Patrum,
    Auro ut pellucens inſita gemmã micat.
Hæc tua Jam laus eſt, REINHARDE, hæc gloria avita,
    Eſt virtutis iter, Stemmatis eſt & honos.
Jungere Majorum virtutem perge tabellis,
    Hæc ars, hic ſummus Nobilitatis apex!

Honoris ergò

Scripſit

JOH. HENRICUS HOTTINGERUS Tig.
SS. Theologiæ *Doctor* & Profeſſor

II.

INſigne eſt ſcriptum quid ſint inſignia tradens,
Inſignis labor eſt ſcribere quid valeant.
Hoc Hedingerus ſibi ſcripto inſignia ponit
Palladis ad aras, Nobilitatis opus.
Perge bonis avibus curſu contingere metam,
Non ingrata Themis munera grata dabit.

Sinceri affectus conteſtandi cauſa
ſcripſit Argentorati

JOH. HEINRICUS WIELAND U. I. D
Liberi & immediati Ordinis Equeſtris per inferiorem Alſatiam Syndicus.

IN NOMINE JESU!

ESTO!

Diſcurſus hujus de Regali Inſignium Gentilitiorum Jure: Von Stamm-Wappen;

CONCLUSIO. I.

VAriam nominis invenio explicationem, amplector tamen, (abuſivâ, *arg l. pen. ad Exhib. l. 9. ubi Dd. de Servit.* verborum captationem & Judaicam interpretationem vetantium, remotâ) de rebus potiùs quàm verbis ſollicitus, hoc loco & ſenſu. propoſiti nobiliſſimi hujus thematis rationem, quantum pro rariſſimi argumenti maximâ gravitate, temporis anguſtia, & ingenioli tenuitate dabitur, ſolo favente & omnia fauſta & ſecunda concedente illo, cuius Numine incepta, imperfecta penitus eſſe non poſſunt, adumbrare bono cum voto bonaque ſpe auſpicaturus, potiorem *§. plebiſcitum I. d. I. N. G. & C. l. 1. §. 1. ff. ſi ager vectig. l. 45. de leg. 3.* magis materiæ ſubjectæ convenientem *l. 15. §. 4. ff. Locati.* Vulgatiſſimam & receptiſſimam *l. 52. §. 4. ibique Dd. d. leg. 3. l. 7. §. 2. ff. de ſupell. leg. l. 18. §. 3. vſ. optimum ergò ff. d. fund. inſtr.* vocis inſignia, à ſingulari Inſigne dependentis ſignificationem, per ſculptas pictaſve formas

formas ad memoriam rerum cum laude geſtarum propriæ avitæve virtutis ſymbola denotantem (*Quemadmodum enim hominum alii ſunt honeſti, qui honoribus ac dignitatibus collatis excellunt: ita alii Generoſi quos Avorum Stemmata & imagines inſigniores faciunt: alii Nobiles quos fama virtutis: Quæ ſola nobilitat. D. Forſtner in Not. Polit. ad Tacit. lib. 3. Annal. in verba Domitius Corbulo. p. m. 191.*) habentemque principaliora hæc ſequentia ſynonyma.

CONCLUSIO II.

Ut cum in Jure Titulorum *argum. rubr. & l. un. C. d. his qui potent. nomine titul. cum duob. ſeqq. ibique Dd. &* apud JCtos ſigillorum nomine veniunt, *l. 19. §. 8. ff. d. Aur. & arg. leg. l. 12. § 23. ff. d. Inſtr. & inſtr. l. 11. §. 3. ff Locati cum ſimilib. quas [illegible] in [illegible] ſub voc. Sigilla. conf. & D. Hoping. Tr. ſing. de Iure* [illegible]. Quod Inſigne in annulis ſemper fuerit & hodie frequens *[illegible] l. d. Teſtam. l. 22. ff. eod. l. 11. ff. d. injuſt. rupt. Goth. ad l. 21. pr. C. d. Teſtam.* [illegible] Arma, ſymbola, Germanis Wappen ſeu [illegible] / Schild / Helm / Kleinod / Pitſchafft. *D. Cancell. [illegible] de Statu Rei Rom. vol. 1. diſp. 8. 0. 18. lit. A.* Hinc illa vulgaris loquendi formula: Er iſt mit Schild vnd Helm begabt [illegible].

CONCLUSIO. III.

Arma, communi omnium Populorum uſu, vernaculis linguis, quaſi armorum inſignia ſic dicta. [illegible] 21. quæ Gallis Armoiries, ac ſi dicas, armorum memoriam, quod armis militiaque hæc virtutis præmia ac rerum præclarè geſtarum decora quæſita ſint, & in armis, maximè verò in ſcutis & clypeis, antiquitus à præſtantiſſimis militibus [illegible] temporibus depingi ſculpique conſueverint, ut [illegible] armati [illegible] armis aperta dignoſcerentur, inde etiam ea quibus inſignia comprehenduntur, vulgò ab his dicuntur [illegible]. *[illegible] l'Eſſay des Merveilles de Nature chap. 42. des Armoiries par tout.* [illegible]ſimi enim Impp. militarem virtutem [illegible] Remp. cui toto pectore incumbebant, [illegible] hoc ornamento honeſtatam voluere: unde [illegible] clypei & [illegible]

cies & coronæ hujus intuitu datæ: Dumque coronatæ clypeus caput exhibet urſæ, Competat hæc capiti parta corona tuo. Et ſeveriori olim judicio, quàm nunc & non niſi militia emeritis inſignia conferebantur. *Lazius lib. 9. Comm. Reip. Rom.* ideoque meritò ea optima videntur & nobiliora (quamvis aliâs, uti de præcedentiâ, inter tot Principum contentiones & jura diverſa de eorum præſtantia & quæ nobiliora ſint, inter inſignes & illuſtres familias judicare velle, grave, periculoſum, valdè odioſum & difficilis deciſionis ſit *v. Limn. 4. IP. 9. num. 73 ſeq.* imò ſi hoc ſimpliciter hodie ſtringeret, Novitiorum armis multitudine rerum miſerè laborantibus *v. 0. 32.* verè antiqua, de quibus mihi ſermo, cedere deberent, quod abſurdum & iniquum) quæ memoriam & monumentum partæ Nobilitatis in ſe continent, & quantò plus habent artis & ingenii tùm efficaciæ ad animos perpetuo ſuo monitu in officio continendos. *Sæpe audivi, ait Salluſt. d. Bello Iugurth. cap. 4. Q. Max. P. Scipionem præterea Civitatis noſtræ præclaros viros ſolitos ita dicere: Cùm Majorum imagines* (in atriis & in prima ac inſigniori ædium parte olim eo fine poſitas. *Cellar. polit. p. m. 297*) *intuerentur, vehementiſſime animum ſibi ad virtutem accendi, ſc. non ceram illam neque figuram tantam in ſe vim habere, ſed memoria rerum geſtarum eam flammam egregiis viris in pectore creſcere, neque prius ſedari, quàm virtus eorum famam atque gloriam æquaverit.* Et *Cicer. in Orat. pro Archia*: Quippe quibus ita mortalium oculi erudiri debent, ut qui illa vident, non tam colores & pigmenta videantur intueri, quàm quæ ſumma ſint in imperio tractando, ſapientiæ documenta, ſenſibus & animo hauſire.

Conclusio. IV.

Verùm enim verò hodie, obſtupeſcentibus paulatim virtutis ſtimulis, ejuſmodi diligens in diſcernendis clypeorum imaginibus non habetur ratio, ſicut olim, & quando adhuc vigebat proverbium, ein Edelman mag vermittag zu acker gehen (Aurum enim per bella, licèt *Tacit.* omnium Politicorum Princeps *Annal. 15. 1. 6.* ſua retinere, privatæ domus, de alienis verò decertare, regiam laudem dicat, quærere nefas, per maria periculum eſt, per falſitates autem opprobrium, per agriculturam licitum eſt. Nobilis D. Caſp. Lerch. p. 1. von des Reichs Ritterlichen Adels Herkommen.

 2. Grund-

2. *Grundſeg. n. 35. p. 102.*) vnd nach mittag im Thurnier rei[illegible] licet Nobili ante meridiem manu ſua ſemen in agro ſpargere, ſed à meridie cataphractum haſtâ cum adverſario in ludo Equeſtri concurrere. *M. Cru. p. 3. Annal. Suev. lib. 2. c. 13. p.* [illegible] Nunc moderni peſſimis temporibus, loco hujus & aliarum virtutum exercitii, quam plurimi ad ſtivam nati ſuperciliosi Nobiles commercium faciunt, potiùs uff der welt Herumbstreichend, & nihil, niſi ſylvas, campoſque trito more inaniter errando & perertrando [illegible], lepores non lepôres quærendo, aliaque ſuo ordine indigna perpetrent. Mea ſententia (inquit) *Æneas Sylvius Epiſt. 114. nemo eſt Nobilis, niſi virtutis amator, non miror aureas, & ſtupendas ſine virtute* [illegible] *equos, canes, Ordines, piſcinas, Iurisdictiones, ſylvas; nam hæc omnia* [illegible] *aſſequi poteſt, quem ſi quis Nobilem dixerit, ipſi* [illegible] *!* Quibus in exceſſu & defectu peccantibus, & illud Comicorum Principis *Eunuch. 3. 1. 25.* occinere liceret: *Eone es ferox, quia habes imperium in belluas?* cum magnifica majorum inſignia non [illegible] plateis aut calamis, ſed brutis animantibus, Aquilis, Leonibus, Leopardis, gryphis, etiam aſinis, equis albis & nigris, [illegible], urſis &c. conſpicua, vecordes illi præpoſterè ſectentur. In Majorum Nobilitate delicias faciunt! cum tamen hoc [illegible] & permultorum Nobilium & generoſorum, virorumque Principum, qui bellicis olim negotiis præfecti fuerunt, non tam Majorum, quàm propriâ inclareſcere ſtudentium virtute, veſtigiis inſiſtendo, ipſi & omnes hodie, qui eundem dignitatis obtinent gradum, ut id ſolummodò incumbere deberent, quo ſui nominis atque famæ [illegible] ſplendorem, etiam per hæc ſtemmata, ſymbola & [illegible] [illegible], propagarent. Rerum omnium incuriâ [illegible] literas, neſcio quo malo fato, ſpreto Musarum clivo, plebeis ſolum dignas judicant! Peregrinationum, Aulæ, linguarum, ac morumque ſtudio [illegible] [illegible] neſcientes, quam [illegible] tem adferat utilitatem exteras Regiones luſtraſſe, pluriumque Nationum mores perſpexiſſe, [illegible] [illegible] non verò inde [illegible] [illegible], teſt. D. [illegible] in Conſil. Crat pro Gera [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tumque [illegible] [illegible] [illegible] ſed [illegible] [illegible] [illegible], per [illegible]

nes uſui eſſe, ut æſtimeris & quæſita gratia gaudeas. At ignoti nulla cupido! Quibus & omnibus ingeniis aptè converſari, locis nos temporibusque decenter gerere, & ſimultates prudenter declinare diſcimus: Ignorantes, equo non rectè inſidere, armis minùs dextrè uti, & multum detrahere, & ignorantiæ ignominiam adferre, quamvis omnis ars Equeſtris, ut librato corpore in ephippium ſubvoles, infeſta lancea concurras, annulum pendulum curſim auferas, præter cætera certamina ad palum, ad luctam & Lanceæ uſum rariſſimè ſimul in uno ſubjecto & quidem perfectè concurrant. Natales omnibus his ſufficere abſurdè judicant! cùm tamen ex ſententia Philippi Macedonis, indoles ſola ad bene agendum non ſufficiat, niſi & inſtitutio accedat, haud memores iiſdem, quæ ſic negligunt, majores ſuos, ut loquitur *Eberh. à Weihe in Aulic. Polit. concl. 183. cum ſeqq.* ſupra vulgus ſe ipſos extuliſſe; Licet plane non ſit negandum, ad ampliſſima Mundi negotia accedere deſideranti, natalia valde eſſe neceſſaria, & ut dici ſolet, nullum potentius eſſe carmen ad favorem eorum, quibus primâ fronte placere cupias, inclinandum, quàm natales, maximè ubi præter corporis dona, etiam animi dotibus, Imperio fortunæ (cùm cæteræ omnes illius tyrannidi ſubiiciantur) exemptis exornantur, quæ extremam lineam perfectionis inducunt. Non tamen æterno exilio mulctandi, quibus hæc adminicula negavit lex naſcendi, cùm virtus nullis conditionibus claudatur: exempla enim fortunæ ſuæ fabrorum, qui ex humili loco per heroica facta, ad amplitudines illuſtres emergunt, pluſquam nota ſunt.

Conclusio. V.

Hinc nuda ſigna minimè gentium huc ſpectant, veluti Notariorum & Mercatorum ſigna ſ. ſignacula, digmata, marchæ, mercantiæ *Calv. in Lex. Iur. voc. ſigna & text. ibi rel.* quibus, annulo habente inſigne, & ſigno alio, quod mercum Marck / Hand-Handels-Zeichen vocant, ſignent; Licet ea quandoque generali inſignium nomine & voce ap. Dd. indifferenter veniant. Hæc enim ab opificibus & mercatoribus, imò à quibuſcunque privatis propria auctoritate, ut nomina *l. un. C. d. mut. nom.* citra fraudem ſeu alterius æmulationem & præjudicium (id eſt ad evitandam ſuſpicionem à ſignis aliorum propriis abſtinendo *l. 20. ff. d. Injur.*) aſſumi & ad

annulorum cœlaturas, aliosque uſus licitos, ſecundùm tamen formam & morem inter populares conſuetum & legitimum, adhiberi poſſunt. *arg.* Jus hoc inſignium tribuentis *l. 22. § 7. ff. [illegible] poſſ §. 5. l. & l. 12. C. eod. ut trabes. l 14. ff. d. peric. & commod. [illegible]* pecuniam. *l. ult. ff. d leg. Commiſſ.* aliaque in characterem dominii ſignando, nullum enim præter eum, ne res confundantur, uſum habere videntur, ut ſignare nihil aliud ſit, quam proprium quid ponere. *Calv. voc. Sigillum & ſignare.* Cum uſu & moribus Gentium regulariter invaluerit, quod quilibet domini, privatis propriis locis & rebus ſuis omnibus quas poſſident, ſuos adjicere titulos & inſignia poſſint; ita ut ſuperveniente dominio alterius familiæ, ſit per hæreditatem, venditionem ſeu alium dominii transferendi modum, ipſis liberum, imò ad omnem diſputationem tollendam conſultum ſit, affixa prioris domini ſine nota ignominiæ removere, & ſua in ſymbolum juris ſibi competentis apponere. *l. 2. d. oper. publ. l. 4. C. d ſtat. & imag. l. 1. pr. C. d. latin libert. toll.* etiam uſufructuario in re in quâ habet uſumfructum *l. 13. §. 7. ff. d. uſufr. arg. [illegible] ff. Quib. mod. uſusfr. amitt.* & novo ſucceſſori in feudo alienato. *[illegible] d. Advoc arm. p. m. 812.* Et è contra regulariter ſua inſignia rebus & locis alienis, neque aliena ſuis imponere abſque titulo nemo poteſt *l. 2. C. ut nem. lic ſine jud. auct. Nov 164. c. 2. ibi aut titulos [illegible]cula rebus præter legum noſtrarum placitum imponat.* adeo ut aliena inſignia rebus ſuis impoſita de facto removere quis impunè poſſit. *argum. d. text.* ſiquidem omnium DD. generalis eſt concluſio, quod in rebus, Locis & operibus publicis, ut templis, portis, [illegible], propugnaculis, monetis &c pecunia publica factis, imò hominibus, ut tabellariis. *v. O. C. p. 1. t. 5. §.* Es ſollen auch *& §. ſeq.* tamen arma & inſignia Principis (vel jus territoriale habentis, cuique ac illi competit pictura armorum & inſignium [illegible] *Knipſchilt. d fideicomm. famil. Nobil. c. 10. num 110 & de Civ. [illegible]* ſeu Juriſdictione civili non criminali pollentis. *Wehn. voc.* Wapen) tantùm apponantur & non alterius Magiſtratus aut perſonæ privatæ. *text. in l. 2. & 3. ff. d. oper. publ. Rubr. & t. t. C. ut [illegible] Perez. & Dd.* in locis publicis tamen loci infeudati ex hodierna conſuetudine, Vaſalli ſibi, in inferiore tamen loco, depingi ſua arma curare poſſunt. Limitationes alias cuivis obvias addere nullius

illa

Illa autem inſignia propriè ſic dicta, non item, quia eorum conceſſio Regalibus accenſetur,& in concedente Majeſtatem arguit. *arg. t. t. ff. & C. d. jur. aur. ann. D. Knipſchilt. d. tr. de fideicomm. c. 6. num. 130. Beſold. voc.* Wappen. *v. 8. 39. ſeq.* certum enim ut jam dictum eſt, inolevitque, ignobili familiæ ſignis interdicendum non eſſe, bene tamen inſignibus propriè ſic dictis eam uti prohiberi poſſe, tanquam benemeritis per Principem conceſſis. *l. 1. C. d. His qui potent. in terminis poſt infinitos Tiraq. d. Nobil. c. 6. num. 6. & 12. ſeqq. Philipp. Cluver. lib. 1. Germ. antiq. cap. 44. p. 290. vſ.* Sed hæc galeatum. Etenim plebeii impunè & ſine fraude inſignia ſibi arrogare nequeunt, cùm à Principe non ſine delectu perſonarum habeantur. *l. fin. C. d Tyron. 12. 44. L. 5. C. d. off. Rector. Prov. l. un. C. ad L. Viſcell. cum ſimil. v. 8. 55. ſeq.* Qui mos licet aliis quoque Gentib. fuerit communis, tamen apud Celtas, maximeque Germanos, tam ſeverè religioſeque perpetuo ad hæc contraria noſtra uſque tempora obſervatus eſt: ut ſi quis plebejus vel oppidanus, inſigne maxime Nobilitatis uſurpare conetur, id cuivis homini Nobili &c. quocunque in loco pictum fictumve conſpiciat, deturbare ac confringere, pedibus, que conculcare impunè liceat. *ſcrib. Cluver. d. p. 290.* Verùm an hodie in Germania idem jus uſurpari poſſit, valde dubito, tùm quod plurimi Comites Palatini aulæ Cæſareæ innumeri ferè numeri, novi Nobiles & cæteri jus hoc inſignium habentes die Staelmäſſige *d. quib. Wehn. ead. voc.* à Cæſ. Majeſtate repetant arma, & ſic nulli in fronte ſcriptum conſpiciatur, utrum legitimo modo, an propria auctoritate hæc habeat, tùm ob ea quæ *8. 63. in fin. dico.*

CONCLUSIO. VI.

Præcipuè verò arma Nobilium ſ. Scuta Nobilitatis ſ. ſtirpis vulgariter dicuntur: Romani ſiquidem nullam aliam ob cauſam, eos qui generis claritate atque ſpendore præſtant, Nobiles appellant, niſi quod eorum heri & hodie in bello, virtutes cumprimis notas, res geſtas claras & facinora illuſtria eſſe volunt. Imo olim nemini, qui de numero militum non fuerit, arma geſtare permiſſum. *N. 17. in fin. N. de armis 85. ibique M. Steph in comment. p. m. 464.* & Nobilibus tantum viris: pullis illis gloriæ militaris, eorum geſtationem ſingulariter ideo conceſſam fuiſſe. *argum. l. ult. juncta gl. in verb. Cingulo. C. d. præpos. ſacr. Cubic. 12. 5. Tiraq. de Nobil. c. 20. num. 69.*

teſta-

teſtatur. Ex his Nobilibus, qui inſignia & hæreditariam Nobilitatem habebant Germanis Edelknecht (quem etiam terminum adhuc hodie Eminentiſſimus ordo Imperii Equeſtris Die ohne mittelbahre Freye Reichs Ritterſchafft in Schwaben / Francken / Rheinſtrohm vnd dem bezirck im undern Elſaß in literis ad Cæſ. Majeſtatem obſervant, & hinc in *R. I. Ord. Reg. anno* [illegible] *tit.* 29. [illegible] *eod. anno t. 26. in fin. &c.* Reichs Ritter vnd Edle Knechte appellatur noviſſimè. *D. Hippol. à* Leisbach. *Tr. d. Praced.* [illegible] *laudatiſſimum & Civit. Imp. p. m. 49.* ubi paſſim ejus præeminentias, Regalia, (egregiè Capp Impp P. Olnab & aliis noviſſimis Imperij conſtitutionibus inſerta & optimè confirmata) [illegible] recenſet & adducit late. qui verò [illegible] Reiſige Knecht vocabantur. *Bejold. Th. pr.* [illegible] Adel. [illegible] *& in Tr. poſthum. I Pub. part. 3. p. m. 224.* qualis perſonalis & temporaria hodie nobilitas eſt Comitum Palatinorum, & Auratorum Equitum, nec non Dd. ab invicem diſtincta, quod illa hæreditariam dignitatem etiam Equeſtrem annexam habeat. Quamvis [illegible] inſignia Gentilitia jure ſibi vendicat Nobilitas, cui, ſicut olim [illegible] Magiſtratibus jus imaginum & ſtatuarum fuit conceſſum, ita illi jus armorum competit. *Annæus Robert. lib. 4. Rer. Jud. c. 4. p. 816.* quæ olim ducebatur aut à ſtirpe Regum aut [illegible], aut iis qui ob res, tùm à ſe, tùm à Majoribus præclarè geſtas, coronam auream, immunitates, ſtatuas, primos conſeſſus & ſimilia conſecuti erant. *D. Reink. d. R. S. & E. 1. cl. 1. c. 11. num. 7. & Dd.* [illegible] neque dubium eſt, ex hac ipſa veterum [illegible] conſuetudine, & antiquo cingendorum militum more, ubi cingulum cumenſe ſeu gladio erat inſigne militaris Ordinis. *l.* [illegible] *12. §. N. 8. c. 6. l. 2. §. 2. & ibi Goth. ff. d. bu q. not* [illegible] *Goth ff. d. Teſt. milit.* manaſſe ritum, etiamnum paſſim uſitatum, quando Nobilibus Germanis jus gladii conceditur, in quo quaſi emancipationis ritu, alapa (impacto colaphus, quo primo [illegible] & ineptiis colophonem ſe imponere ſignificant, adjectis illis verbis : Das leyd von mir vnd ſeinem undern *v. D.* [illegible] *miſcell. ad c. 13. Tacit. Germ. q. 68.*) etiam intervenire [illegible] non videtur abludere veterum Romanorum illa manumiſſionis ratio per rapiſmata & alapas, cujus fit mentio [illegible]

[illegible]

Lib. N. 81. Iung. Dracon. d. Patric. c. 5. num. 57. & noviſſimè Dn Krendeman *Tr. politiſſimo* von des Teutſchen Adels Staat/Standt *&c. imprimis. p. m. 6. & 60.* ubi poſt *Gail. 2. O. 62. num. 3. verſ. ſecus ſi ſubditos habeat & jus territorii ſeu univerſitatis.* omnes Nobiles, & tanto magis Imperii immediatos, adinſtar Principum Imperii, Ducum Marchionum &c. Regale Armandiæ ex inveterata conſuetudine. *2. F. 56. Vultei.* in Cam. Imp. &c. quoad controverſias feudales omnium approbatiſſimus. *d. feud. p. m. 70.* & noviſſimis Imperii conſtitutionibus vigore ſuperioritatis territorialis. *v. R. I. d. ann. 1525. 30 42. 55. 64. 70. 76. 82. 94. &c. D. Limn. 4. I P. 8. n. 207. ſeq. 246. ſeqq. Carol.* Von Hagen, *I Publ. p. m. 485. ſeqq.* obſervatis tamen ex conſt. Imperii accuratè obſervandis. *v. P. Oſn. Art. 8. per tot.* & paſſim ibi & in R. I. habentium, miniſtros ſuos, & alios perfectam ætatem adeptos cinguli jure donare, denique donato gladio ſupra dictis ceremoniis, jus armorum geſtandorum iis committere poſſe: Sie wehrhafft machen; *Beſ. eád. voc.* Licet hodie ubi gladii geſtandi jus inter ornamenta haberi cepit, frequentiſſimus & promiſcuus gladiorum geſtandorum mos ubique fere contrariâ conſuetudine inoleverit, ſic ut contra *l. un. ibique D. Tabor. in Comment. C. Ut arm. uſuſ. d. N. 85. c. pen. 2. F. 27. § ſi quis ruſticus. ſ. ibique Dd. comm.* vel omnibus paſſim geſtandi licentia, pro arbitrio, ſpreto omni legum moderamine uſurpetur, vel ſaltem, ubi paſſim non licet, potioribus. Rectè ne *v. ap. Bodin lib. 4. de Rep. c. ult. p. 487. vſ. arma quoque. Arni. lib. 2. De jur. Mai. c. 5. p. 341. A. Matthai. p. 510. & alios agentes de vi publ. & priv. Perez. ad d. l. un. num. 2.*

CONCLUSIO. VII.

Poſſunt autem ex ſtatu moderno Imperii Romani, otioſis & antiquatis prætermiſſis, arma (id eſt gladios tanquam ſpeciem frequentiorem) geſtare: alii poteſtatis privilegio: alii dignitatis prærogativâ: alii muneris neceſſitate: alii conceſſione, in iis locis & urbibus, in quibus alioquin arma geſtare prohibitum eſt.

CONCLUSIO. VIII.

Poteſtatis privilegio armorum geſtandorum licentiam uſurpant hodie quoque Magiſtratus, potiſſimùm merum Imperium & ſuperioritatem territorialem habentes; imprimis Civitatum Imperialium *v. §. 45. in med.* illorumque miniſtri tam dignitates & extu-

extantiores, ut Conſiliarii legati ſeu Ambaſſadores Ambaſſiatores, Oratores, Adſeſſores, & alii quos dignitas etiam commendat, quam inferiores. quibus officii ratione incumbit, ut armati compareant ex comm. Dd. Schola.

CONCLUSIO. IX.

Dignitatis prærogativa: qui extra officii ſpecifice ſumpti conſiderationem, dignitatis causâ arma geſtare poſſunt: ut ob dignitatem ortam ex virtute vel militari (1) Perſonæ Regali dignitate præditæ: *D. Reink. 1. Cl. 4. c. 16. & paſſim. Politici indagatores* (2) Equites: qui cum armis, uti Nobiles plerumque inveſtiti, & gladio ſeu militiæ inſigni cincti, non ſolum in teſtimonium operæ hactenus ſtrenuè navatæ, ſed & incitamentum cauſa ad rem impoſterum fortiter & generoſè gerendam arma circumferunt. *v. M. Steph diſc. Acad. 4. pag. 24.* (3) Nobiles etiam præſente Principe: at Capitale coram eo vel in Palatio (id eſt in der Ritterſtub oder Burgfrieden) gladios evaginare ad aliquem percutiendum, etiamſi non læſerint. *Perez ad [illegible] in Conſ. Pr. Crim. p. 1. q. 40. num. 30 Beſ. verb.* Burgfried vel [illegible] (1) Doctores & Licentiati ob publicæ Profeſſionis munia, imprimis Jura docentes. *l. 6. C. D. Prof. & Med. [illegible]* Auf denſelben *p. 476.* & ex tribus in agone literario diſtinctis gradibus Academiarum; (2) Doctores Juris: *argum. [illegible] C. De [illegible] Cub. 12. 5. Dd in l. 6. C. De Prof. & Med. Limn. [illegible]* in quibusdam locis, ex recepta conſuetudine, in ipſa promotione gladiis accincti. & promoti. Non autem teſt. legitimâ quotidianâ praxi (Pſalterium enim non bene cum cithara convenit [illegible] ſione repugnante) Clerici ſeu Theologi, ſacerdotes, minime LL. Impp. ſoluti. *R. I. d. anno 1530.* § Und ſollen die Geiſtlichen [illegible] Quos magis ratione officii ſui, ſpiritualia illa Eccleſiæ arma: Preces & lachrymæ, patientia ad adverſarios in [illegible] amicabilis paſſim in Pacif. Oſnab. conſtitutæ compoſitio, [illegible] gladius politicus à gladio verbi declinet; non vera arma decent. *c. non pila, c. convenior. c. ſi quis. 23. q. 8. Cap. Clerici 2. De vit. & hon. [illegible] 13. v. 18. 1. Samuel 14. 2. Cor. 10. v. 4.* gladius ſpiritus *ad Eph. [illegible] 16. 17. Ioh. 18. v. 10. Matth. 20. v. 26 Luc. 22. v. 26 Marc. [illegible] ſis. Rom. 13. 2. Timoth. 2. v. 4.* deſiit enim miles ſeculi, qui factus eſt miles

miles Chriſti. *2. F. 21.& 109.c. cum ad verum. diſt. 96.* non à religione pro regione ad arma converſus &c. Quis enim eſt homo tantæ violentiæ, ut Sacerdotem manentem in ſua profeſſione, violare audeat? niſi cum armis inveniantur, id eſt die auff der Wehr befunden werden. Reitter beſtall. *Art. 70. pag. 708.* Fuß-beſtall. *art. 54. p. 719.* vel cum Iul. II. Papa velint ſpernere claves Petri & uti gladio Pauli. *Limn, 3. IP. 7. num. 30.* juxta verſ: Cum Petri nihil efficiant ad prælia claves: Auxilio Pauli forſitan enſis erit. (3) Licentiati, tàm promoti, excepto pileo, omnibus cum ceremoniis, quàm ſine his, cum poteſtate Doctoratus gradum aſſumendi, electi, tanquam in actibus maximè favorabilibus Dd. loco venientes. *argum. l. pen. ubi Dd. ff. De Teſtam. milit. gl. in §. item qui Reſp. d. Excuſ. tut. & Dd. comm.* quoad poſteriores non promotos tamen, utrum omnibus indiſtinctè gaudeant Doctoralibus privilegiis, Academiarum dico eſſe inſpiciendas conſuetudines. (4) Conſiliarii & Adſeſſores Principum. *v. θ. 27.* imo omnes qui eorum ſunt ſervitio obſtricti, aulici & Curiales, *Perez d. l. n. 8.* quod tamen ex Judicio Principis & Aulæ conſuetudine metiendum. (5) Advocati & Procuratores veri Principum, Majorumque Curiarum cum conſiliariis Principum comparati per *l. Advocati 14. De Adv. div. jud. O. C. P. 1. t. 4. §.* Aus denſelben. maximè ubi duplex accedit vinculum &c. (6) Medici Principum, Publici Profeſſores & eo magis actu utiliter & benè legentes ſeu lectores. *argum l. 1 §. 1. D Var. & extraord. cognit. l. 6. & t. t. C. De Prof. & Med.* non verò illi circumforanei Störger / Quackſalber: Recipe neſcio quid & ſanaberis neſcio quando. *Præpoſ. in cap. de muliere ad fin. de ſponſal. v θ. 27.* Extremo (7) Philoſophi libris immorientes, ſpeculativi illi, & Ludiones Pœtæ *l. 3. C. de Prof. & Medic. ibique Perez. num 24.* (de Practicis enim hic non loquor, tanquam diverſas repræſentantibus perſonas *l. 4. 6. & ult. C. De Prof. & Med. l. 22 ff. De excuſ tut.*) gladiorum geſtationem non adfectant, cùm hoc deſiderium à profeſſione illorum diſcrepet. *l. 6. ibique Perez num. 10. C. de Muner patrim. l. 8. § 4. De Vacat. & excus. muner. ibique Gothofr.* Honorum enim contemptores ſunt, & ab his rebus alieni. *l. 6. §. 7. & 8. ff. de Excus tut. l. 1. in fin. l. 6. l. 8. ibique Perez. num. 25 C. de Prof. & Med.* An autem Philoſophi

phi Profeſſorum numero cenſendi ſint, dubitat, & deinde decidit. *Vlpian. in l. 1. §. 4. De extraord. cognit.* quæ tamen dubitatio ſano ſenſu, & ſecundum ſubjectam materiam accipienda. Quo in dignitate aliqua ex Virtute togata comparata, ſequuntur illi, qui per gradus honorum & fortunæ rotantis culmina petunt, Studioſi. Qui ſunt, vel veterani: vel recentiores: Veterani, vel domi in Muſarum Caſtris degunt, vel alibi extra Academias commorantur. Si in Academiis adhuc vivunt, ad juſſum legitimum Magnifici Rectoris ſeſe componunt. Quod ſi ipſe ex conſilio Senatus Academici, prægnantibus motus cauſis, geſtationem armorum interdicat, *Cordati Cives* ab armorum geſtatione merito abſtinent. Quæ tamen interdicta ſunt periculoſa, maxime in Academiis, v. *Lenn. 8. P. 6. num. 105. ſeqq.* in quibus ob [illegible] oppidi ambitum, Civiumque raritatem metus eſt, ne, ſi arma Studioſis interdicantur, tumultus fortuito excitatus difficulter ſedari poſſit; à qua tamen prohibitione, ſpeciale indultum Magiſtratus ſuperioris liberat, per notiſſima. Quod ſi nihil interdictum reperiatur, tacita conſuetudine armorum geſtationem invaleſcere videmus, [illegible] nomine Studioſis gladium geſtare, maxime ob fortuitos caſus, [illegible] no tempore non ſine ratione eſt conceſſum; [illegible] vero vitæ eruditioniſque minus probatæ, ut officio Studioſorum non fungentibus, ſpartam quam nacti, non diligenter ornantibus, [illegible] & Juris ad regulas loquendo, nec beneficio dignus. *arg. l. [illegible] C. de [illegible] l. un. C. De Collegiat. 11. 17. l. 3. C. De Domeſt. & protect. 12. [illegible] l. 1. C. de Tyro. 12. 44.* ceſſante enim cauſa ceſſat effectus; & Monachum non facit habitus, ſed profeſſio *c. porrectum. de Regular.* & non Hieroſolymis fuiſſe, ſed ibi bene vixiſſe laudandum. *c. glor. 12. q. 2.* ut ſunt ſaltem illi impoſtores, planetæ terreſtres, juſculi non Juris Studioſi, amantes Corpus amaſiæ magis quam juris, ut loquitur *Nevisſ. D. Sylvan. Nuct. pandt. p. m. 894.* qui vacunæ & [illegible] potius, quam Muſis operati, in patinis potius & pateris, quam paginis verſati, nec ſtudiorum, nec armorum uſum norunt, [illegible] privilegia Studiorum & quidem Reip. [illegible] conceſſa *arg. l. 2. & 6. C. De Malef. & Mathem. [illegible] C. [illegible]* Extra Academiarum pomœria poſiti, ſtatuti Civitatis ſe accommodare tenentur per vulgata, cum habeant privilegium [illegible]

de

cis ſed non loci. *argum. l. 26. 45. ff. De jud.* Quibusdam tamen in locis, juxta *§. item Romæ l. De Excus. tut. l. 6. §. 11. eod.* ſtatuto Studioſis in Patriam Viſitandorum amicorum, aut negotiorum ſuorum gratiâ revertentibus, proviſum eſt, ut juxtà ac Dd Juris gladio accincti incedere poſſint, dummodò non otioſi in patriâ aut alibi vagentur per *l 35. in fin. ibi. dum domi ſit. l 38. §. 1 ff. Ex quibus cauſ. maj.* & pacatè ſe gerant, quod in dubio facturi, (licet *Bald. in l. neque natales. 10. C. de Probat.* de his egregiis interdum formarum cenſoribus, Eccleſias viſitantibus ut videant dominas. *gloſſ. in c. odi. 24. q. 1.* non præſumat Pater noſter) præſumuntur. *c. dudum. ult. ibi; cum Scholaris prima facie præſumatur idoneus. d. præſumpt. l. fin. C. Ad L. Iul. repetund.* imò mos totius ferè Germaniæ pacatè & decorè viventes, florentiſſimos hos honorum alumnos ab hoc honoris auctoramento non arcet. *argum. l. 5. §. f. ff. De Capt. & poſtl.* Recentiores, *qui rudes ad recitationes perveniunt*, ut loquitur Imperator in *Conſt. omnem §. illud. 9. De Methed. jur.* quibus, etſi noctes atque dies gladiorum geſtationem ſomnient. *C. l. A. Ad. L. Iul. De Vi publ. 6. 3. num. 4.* vanâ ſuperſtitione decepti credant, gladium indiſtinctè eſſe victoriæ & triumphi autorem, Satiùs foret, ut ab his abſtinerent, cùm ridiculum ſit, qui heri novus erat homo, hodie in periſtiliis gladio ſuffarcinantum obambulare. *argum. l. 7. §. 2. ff. De Injur v. l. ult. C. de Tyron. 12.* de luniorum exagitationibus ſeu pennaliſationibus *v. D. Limn. 8. IP. 6. num. 20. & MSC. concluſum prohibitivum, à Principibus & Statibus Imperii Aug. Conf addictis erectum in Comitiis Ratiſ. De anno. 1654.*

Conclusio. X.

Alii muneris neceſſitate; Ut veri milites (quales quadantenus ſunt militiæ civilis togatæ & literatæ, quæ militia Dd. legalis quomodo inermis videſis *l. 14. De adv. div. jud.* & plumatilis vocetur. *Limn 8. IP. 6. num. 121.*) tam Eminentiores quàm inferiores. *v. Otto IP. p. m. 663. Edit. noviſſ.* & Miniſtri Magiſtratuum. Et hæc de militibus merentibus, & in ſpecie Juris feudalis, indubia ſunt; armis enim exuendi ſunt milites vagantes, Herrenloſe Knechte / Hünerfänger / gartierer / hecken vnd Stauden fiſcher. *Nov. 17. in fin. ibi: non militantem P. O. de anno 1548. tit. 7. R. I. eod. anno §. 57. ſeq.* Landfried *eod. anno tit. 24. R. I. d. anno 1551. §. 97. ſeq. ut & anno*

 1555.

1555. § 35 P. O. De anno 1577, tit. 7. &c. P. Oſnab. paſſim. & [illegible] *Haubt-Receſſ.*

CONCLUSIO, XI.

Alii conceſſione; vel tacitâ; qualis præſertim hodierna conſuetudo: vel expreſsâ (quæ fit ab eo qui poteſtatem ejus Juris conferendi habet. *conf. Mager d. Advoc. armat.* [illegible] *& ſeqq. itemque 6. num. 626.* ubi concludit: Armorum impoſitionem & ſimilia Jura Advocatis & protectoribus [illegible] etiamſi Patronus utatur titulo Liebe getrewe, quamvis haud raro ſit ſubjectionis principium, in clientes non competere; multominus iis qui merum Imperium (Centgericht Juriſdictionem criminalem, quæ ſola etiam nullum tribuit jus reformandi in religione. [illegible] *fin.*) tantum, vel jus gladii, in quodam loco obtinent. [illegible] *num. 15.* Cùm in Imperio Rom. exterorum Regum & Rerum publ. protectionem utplurimum in ſuperioritatem degenerantem aſſumere, mediatis expreſsè prohibitum *v. Cap.* [illegible] ut lege, Edicto, aut voce præconis, (prout arma Civibus in Helvetia imperantur) aut privilegio, ne potentiores viri humiliores [illegible] riis afficiant præſtita Salvâ guardia. *l. 6. §* [illegible] *ff. De Off. præſid.* in iis locis & urbibus, in quibus alioquin alias ea geſtare, tacitè ut contrariâ conſuetudine, vel expreſsè, ut per publica decreta & ſtatuta, prohibitum eſt. Tales autem prohibitiones Helvetios non latere [illegible] præter experientiam teſtatur *Bodin. De Rep.* [illegible] & ego ſic è re ipſorum eſſe judico; ſiquidem hoc, & ſupra dictum promiſcuum uſum armorum, excuſant plurimæ cauſæ & caſus (1) neceſſitatis ſeu ſecuritatis publicæ. *arg. l.* [illegible] *C. Quand.* [illegible] Sc. Cives, Salutis & concordiæ publicæ, animæ illius Cordis & Capitis Reip. tuitandæ cauſa, ob metum hoſtium armantur, ut ſint ſic ad omnes caſus fortuitos prompti. vel (2) privatæ. [illegible] *n. 13. & 14.* cû Sc ſinguli muneris ſui obeundi cauſa, L. Julia [illegible] privati enim ſi aliter arma moverint rei fiunt Majeſtatis & puniuntur graviſſimè *Gail. De P. P. c.* [illegible] *4. G* [illegible] *lib. 1. D* [illegible] *B. & P.* Securitatem autem poteſt [illegible] domeſticam, [illegible] mus cuique ſua [illegible] eſt receptaculum. *l.* [illegible] cientium, aut alias juſtum metum, præſidio armorum [illegible] cata, quâ nihil potentius, aut tutius, defenſione. (ad quam tempore

pote rem in ordine naturæ, vim vi &c. ac divina lege, omnium que ubique Gentium jure, approbatam, imò neceſſariam, niſi quis ipſe propriam velit negligere ſalutem *v. 0. 61.* & certas alias cauſas, ut venationis itineris, negotiationis, navigationis tam mari quam terra. *l. 1. & 2. Ad L. Jul. De vi publ. 2. P. 27. Perez. in C. Ut arm. uſus. 12. 46. num. 3.* ipſo legis Iuliæ. *l. 11. §. ult. d. t.* communique Jure *Althus Dicaol. p. m. 102. & 402. Arnis. 2. De Iur. Maj. 5. p. 341.* hodiernis moribus, lege Conſuetudine, conceſſione, privilegio; cuique arma, nuda & innoxia tamen, geſtare licitum eſt.) avertentium. *Harprecht. ad §. 8. I. De Publ. jud. num. 8.* Denique finem dignitatis, ut dictum, in Magiſtratibus, Nobilibus, aliiſque perſonis honoratis, licet intueri, & milites, cujus membra arma eſſe cenſentur. *v. Cic. 2. Tuſcul. vſ. ſcutum &c.* Viatores, exceptis Judæis. *l. ult. C. de Iud. P. O. d. anno 1530. tit.* von der Juden Kleydung. *Mager d. Advoc. arm. c. 8. num. 277.* Venatores, & his, cum in expeditione, itinere, venatione verſantur, omni armorum genere, ad defenſionem, haud dubiè uti regulariter permiſſum eſt, nunquam tamen conceſſio ejuſmodi ad libidinem humani generis laxanda, ſed intra juris & æqui cancellos ſemper eſt cohibenda. Qui cancelli reſpiciunt, tum uſum geſtationis ſimplicem, tum ultra ad defenſionem & tutelam legitimè tendentem, de quo utroque moderamine ſatis ſuperque docent *D. Tabor. in Armament. Viſten. Carpz. Richter & paſſim alii præſertim criminaliſtæ*; ad rationem enim & formam armorum geſtandorum illud ſpectare videtur, ut debito loco & modo fiat. *Perez. in C. ut arm. uſ. num. 10. ſeq.* Plura de iis addere ſuperſedeo, ne falcem in alienam meſſem immittendo, præter inſtitutum excurram.

Conclusio. XII.

Inſignia unde originem habeant, non ita omnibus, ob antiquitatem originis proprietatem ſæpe obcuſantem *l. 28. De probat.* perfectè notum, ut videre eſt ap. Sibmacher *in præf.* Newen Wappenbuchs *Dadin Alteſerr in Ducib. & Comitib. Provincial. lib. 3. c. 2.* ubi tamen veriſimiliorem eorum dicit eſſe ſententiam, qui eam à veteri Romanorum militia, pictiſque ſcutis, derivare geſtiunt, ex eo, quod milites illi plerumque ſcuta ſua & vexilla, variis ſignis, editorumque facinorum argumentis pingere ſoliti fuerint. Vnde &

Veget.

Veget. lib. 2. De Re militar. c. 18. ſed ne milites (inquit) aliunde, in prælii tumultu a ſuis contubernalibus aberrarent, diverſis cohortibus, diverſa in Scutis ſigna pingebant, ſicut & nunc moris eſt fieri *v. R. I. De anno 1542. §.* Wann nun auch. *& §. ſeq. p. 303.* dum hodiernæ [illegible] das Rhote / grüne / Bleh / gelb oder weiſſe [illegible] nuncupantur; nam cum hodie alia belligerandi quàm olim ratio ſit, ſcuta & clypea apud nos in uſu eſſe deſierunt. Quam ſententiam, utpote naturæ, rationi, experientiæ magis convenientem (ita enim circa Gentium inventa accidere ſolet, ut ſi de primo auctore quæſtio ſit, & veſtigia non niſi obſcura ſint, ſufficit communem tuliſſe uſum. *D. Limn. 6. IP. 6. num. 10.*) etiam hac [illegible] opinionibus fluctuem, uſque dum melioræ edoctus, ſecum, dicens: Hoc armorum Decus, hæ virtutis pellecebræ, hæc Nobilium veræ ornamenta & memoracula, hoc ſolum virtutis bellicæ olim præmium, pro generali omnium opinionum conciliatione, in [illegible] ſuam cuique ſponſam relinquente pulchram ac inviolatæ pudicitiæ, ut Nobilitas ipſa in genere inſpecie autem conſiderata apud varias Gentes ex Jure ipſarum proprio ſeu civili varia exiſtent, pleraque alia, ex Jure Gentium hoc eſt ab eo Jure, quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, communique populorum uſu receptum (haud facile enim Gens dabitur, cui inſignium, licet non eadem formâ, ritu & imagine, non cognita fuerit obſervantia. *D. Limn. 6. IP. 6. num. 9. Speidel. in Notab.* [illegible] *voc.* Wappen. *& ead Beſold. 11.* & omni ævo Nobilitatis [illegible] ratio, dum tantum in Nobilitato naſcitur ſeu incipit, in poſteris creſcit, & quidem in filiis pubeſcit, in nepotibus adoleſcit, eadem in pronepotibus maturam atque perfectam ætate [illegible] *Obrecht De Regal. 8. 106.* conſequitur, ipſa haud naſcatur ictu oculi, ſed temporis, diuturnitate familiæque vetuſtate, & virtute [illegible] conciliatur) ortum habere, & ut nunc, natura ſemper [illegible] novas edere formas, *2. F. 24.* & ſuperiori ætate alia cum clypeorum tum galearum Criſtarum ſeu Laciniarum genera, occaſione [illegible] nominibus deprædicandarum decurſionum ſeu ludorum Equeſtrium excogitante, uſus fert, ab ipſorum univerſalium [illegible] Ritterſpiel / Thurnier ceptorum anno Chriſti [illegible] *anno. 14[illegible]. v. Auth.* des Thurnierbuchs / in Germania, nulla [illegible]

lium armis aut fide ſecundis, Reitterbeſtallung zu Speyer *De anno. 1570. in pr. pag. 701.* (non Romanis,quamvis enim ipſi, ut dictum,& omnis ante eos antiquitas Symbolis & inſignibus , prout temporum ferebant conſuetudines , uti conſueverint , hæc tamen ad unum aliquod præſcriptum cum noſtri ævi inſignibus non exequenda ſunt. *Velſer. lib. 4. Rer. Aug. Vindel. pag. 75. in fin.* cujus notabilia verba refert *Limn. 7. IP. 4. num. 4.*) exordio,incrementum, tàm quoad res quàm certos colores,petere. Qui enim his operam navabant, ac in aliquo eorum vel torneamentorum ludi repagulis etiam annum egregiè & fortiter partes ſuas defendiſſent, his quælibet pro lubitu & ſuæ formæ, naturæ, prudentiæ, fortitudinis cæterarumque Nobilitatis virtutumque expreſſione, in armis eligere conceſſum erat. *Theod. De Bry. inter Emblem. Nob. in pr. vſ. quæ armorum Inſignia. Wolfg. Crauſ. in lib:* Vom Stamm vnd ankunfft des hauſes Sachſen *c. 3 §* Zu dem hatt *Henric. Auceps. anno 924.* befohlen/ Herſchau zuthun vnd muſterung zuhalten/die Manſchafft zum Krieg abzurichten / vnd in Ringen / Springen / Fechten / Stechen/ Brechen / Rennen / Thurnieren / vnd andern Rittermäſſigen dingen zu üben : Welche ſich nun hierin Manlich vnd wohl erzeigt / die ſeind den andern vorgezogen / mit Schilt / Helm vnd Rittermäſſigen Wappen verehrt ꝛc. *Becht. De Securit. θ. 225.* Quibus adderent calcar animo generoſo , & ſimul cum incitatione aſpicienti ſint admirationi,ſtuporemque excitent : cùm quævis arma vel ſculpta (ideo ne tanquam lubricæ , cum nominis rerumque geſtarum fama, diuturni temporis vetuſtate aliàs langueſcente, atque intermoriente, in ſitu , & tenebris evaneſcerent,ſed potius in vitæ luce atque ſplendore permanerent) vel depicta vel affixa , maximè tranſeuntes , teſte experientia , morari ſoleant , & cognoſcendi cupidos efficere, quis hic vel illic loci degat ? quiſnam poſſideat ? Qui ſint majores ? Quid præclarè geſſerint ? Qui adhuc ex eo genere vivant ? Quâve dignitate & exiſtimatione cum ſimilibus clari exiſtant? Suntque Leges , hodie opinione ac certo jure præceptiſque inſignia circumſcribentes , antiquiſſimæ , nec Caroli Magni ævum prævertentes , à quo primùm adumbratæ , ſub Henrico Aucupe & poſteris , ut docet *poſt alios author* des Thurnierbuchs / perpolitæ , & Friderici Barbaroſſæ temporibus tandem inſignia , virtutis ergò vi-

ris fortibus ſtrenuè pro aris & focis pugnantibus à Principibus do-
nari ſolita, in uſum magis relata & recepta ſunt *[illegible] cos-
ſonante Mart. Cruſ. Ann. ſuev. part 2. cap. ult. in fin. relato: il
tempo, ait, di Friderico Barbaroſſa vennero in uſo l'inſegne delle famiglie
chiamate da noi arme: Donate de Principi per merito delle bontate im-
preſſe ſute in guerra. Ad effetto di Nobilitare I valoroſi Cavallieri [illegible]
quero bizarriſſime inventioni ne' cimieri & pitture ne gli ſcudi.* Et
ſic inſignium uſus per tot ſeculorum centurias jam univerſum or-
bem terrarum à ſummo Imperatore ad Reges, ad Principes, ad
Nobiles, ad medioxumos quoſque pervagatus, quibus ſi è me-
dio ſublatis, nil niſi ipſiſſimam omnium & quarumcunque digni-
tum confuſionem superventuram ac immigraturam eſſe; quis eſt tam
craſſi cerebri qui non capiat?

CONCLUSIO. XIII.

Sed ne more pauperum Dd. quibus illa ſine ſmegmate & ce-
ruſſa non placet ſponſa, diutius longo verborum ambitu per gene-
ralia eam, deſtinato operi me impatienter [illegible] accingo. Di-
cuntur autem, propriè juxta *l. 2. §. 1. l. 69. [illegible] De Vulg.
& pupill. ſubſtit. &c.* & ſtrictè loquendo; Gentis ſive Gentilitia In-
gnia, quæ toti familiæ omnibusque in eadem familia conducuntur,
nec cum dignitate communia ſunt. *D.* Schütz. *C. l. P. de se. [illegible] R.
vol. 1. diſp. 8. 8. 18. lit. A. D. Knipſchilt. De fideicomm c. [illegible] & ſeqq.
Turturet. lib. 1. De Nobil. Gentil. c. 3. in pr.* (diverſa à certæ alicujus Na-
tionis Gentis & naturæ inſignibus, qualia Ser. Auſtr. familiæ pro-
pria recenſet. *Limn. 5. IP. 2. num. 3. ſeqq.* ut, ubi balbutiens, ſi à
Principe Auſtriaco oſculum recipit, diſertè loquitur. *d. l. n. [illegible]*) un-
de etiam hæreditaria ſeu familiaris, cujuſque familiæ, domus &
agnationis, diſtinctionis cauſa &c. propria, peculiaria, domeſtica.
*argum. l. familiaria. 5. ff. & [illegible]. 8. 13. C. De Religioſ. [illegible]
Noalu De Tranſmiſſione. ca[illegible]. num 9.* & Germanice: Alte Adeliche
Stamm-Warpen / Alte angeerbte Adeliche Wappen vocantur, &
agnati etiam more teutonico & communi loquendi uſu appellari
conſueverunt: Die eines Stammens und Namens ſind / welche
einerley Schild / Helm und Wappen führen. per tradita *D.* Schütz
d. l. D. Knipſchilt. d. c. 1. num. [illegible]. Et hodie à Gentilibus ſeu Nobi-
libus, cùm iis lis de ſtatu vel feudo aliquo à domino directo, vel

agnato

agnatis movetur, inſignia ſua tanquam digniora probandi argumenta, ad oſtendendam gentem ſuam producuntur, & ita daß ſie eines Stammens / Schild und Helms ſein / demonſtrant. *Draco De Patric. lib. 3. c. 6. num. 11. Oldend. Act. forens. p. 335. in fin. ubi tradit ingentem Stemmatis eſſe utilitatem ap. Nobiles, probandæ ex inſignibus Gentilitiis familiæ.* Quæ & Dd. communis eſt concluſio. *argum. l. ad cognoſcendens. 10. C. de Ingen. manumiſſ.* ita ut quieta poſſeſſio inſignium ſimilium, & nominis identitas, onus probandi in adverſarium (maximè in antiquis, & quæ difficilioris ſunt probationis, ut agnatio ſub ſenſum corporis non cadens. *l. 83. ff. De Cond. & demonſtr.* ubi leviores probationes & conjecturæ *l. 8. C. d. Repud. l. 6. ff. d. His qui ſui. D. Tabor. Th. 1 Prud. p. 2. pag. m. 407.* & earum conjunctio admittitur *c. cum cauſam. 13. ext. d probat. c. præterea. ext. d. teſt.*) transferat. D. *Knipſch. d. tr. c. 14. num. 19. ſeqq.*

CONCLUSIO. XIV.

Sola autem hæc ab inſignibus in ſpecie ad agnationem demonſtrandam deſumpta probatio, non ſemper concludens eſt, ſed alia inſuper requiritur. *argum. l. fin. §. 5. ff. Ad Municip.* maximè in rebus magni præjudicii, & ſucceſſionibus, cùm ſæpe evenire poſſit, ut plures ſint ejuſdem cognationis, nominis, armorum & imaginibus majorum utentes, eademque inſignia Gentilitia habentes defuncto tamen agnato proximiores non exiſtant, & poſſint quidem eſſe agnati & quidem proximiores, ab inſtitutore tamen vel primo acquirente non deſcendentes, vel originem repetentes à primis acquiſitoribus. *Gail. 2. O. 149. num. 1. W[illegible] voc* Craiß *in fin p. m. 454. & paſſim Feudiſtæ.* & ſic gentilitatis ſeu ſtirpis jus cum inſignibus Gentilitiis minimè confundendum. Ut igitur quoad feudales & alias ſucceſſiones, ex identitate inſignium, ſtemmatis & familiæ identitas inducatur, cognationis & familiæ quoque identitas accedere debet. *Ingolſtad inter Conſ. Laur Kirchov. conſ. 22. num. 10. vol. 5.* uti & aliæ circumſtantiæ, adminicula, documenta, teſtes teſtimonia & id genus alia probata *Gadd. 1. Marp. conſ. 28. num 196. & 200.* ubi N. O. Inſignium aliqualis differentia, quâ identitas familiæ & agnationis minimè mutatur, cùm unius inſignia per Imperatoris conceſſionem, vel aliam acceſſionem, augeri vel mutari, alter verò ut à majoribus accepit retinere poſſit, modò in eo quod prin-

cipale eſt, ſeu in parte principali conveniant. Nec acceſſio & mutatio in iis facta, in jure familiæ, agnationis & ſuccedendi præjudicare debet, cum idem ſtemma, eademque agnatio remaneat. Nec ſolius nominis apparatus ſimilis vel diſſimilis, agnationis identitatem vel diverſitatem probare videtur. *argum. l. fin. §. 5. ff. Ad [illegible].* cùm in una eâdemque familia & agnatione, plures familiæ diverſis appellatæ cognominibus exiſtere poſſint, etiam quod aliter [illegible] minimè differant. *D. Knipſchilt. d. Tr. c. 1. num. 170. & c. 14. num. [illegible] & ſeqq. v. 8. 53.*

CONCLUSIO. XV.

Hæreditaria, (inquam;) Inſignia enim primùm tanquam præmia induſtriæ atque exercitæ fortitudinis, ab aliis pro arbitrio, vel eum ſolùmmodò in finem, ut quiſque oſtenderet, ſe ſe novam aliquam dignitatem atque honores propriâ virtute conſecutum, & haberet ab alio quo diſtingueretur, aſſumptæ [illegible], perſonalia erant, & mutationi obnoxia; poſtea autem, ut cuncta mole ſuâ denique ruunt, & à nativâ integritate, quàm longiſſimè recedunt, & nihil inter homines ita ſtabile, quod nullam patiatur mutationem. *Nov. 7. c. 2. in pr.* humanâ natura novas ſemper deproperante edere formas. *Bonif. 8. in Præf. Decret. in 6. l. 2. §. 18. de [illegible]* familiaria, [illegible] que extiterunt, & Gentibus, Nationibus, Civitatibus atque familiis communia, *D. Lindenſpur in Diſſert. de Imper. & [illegible] mut. fol. 42. ubi ridiculum eſſe docet, ſi [illegible] aliquis inſignia [illegible] ne uti velit. vide Speidel. pag. [illegible]4.* obſolevitque apud pleraſque Gentes, (cùm quælibet res genita habeat ſuam quandam periodum, ac proinde florem, & poſtea marceſcentiam,) vetus ille mos, [illegible] que hodie tam vulgare, quam ut ex officio, ita ex arbitrio, & quavis nota, arma Gentilitia effingere, aut ex ſordidarum artium profeſſione, aliquod ſibi, inſignium loco, arrogare ſolent. *D. Lind. 6. I. P. 6. n. 11. Turturet. d. Tr. c. 7. p. 97. in fin. & ſeqq.*

CONCLUSIO. XVI.

Deſcriptio, Stylo Juridico, ob ejus difficultatem in l. [illegible] de R. I. omnem ſuper definitionibus, Diſputationem ſcrupuloſam judicante: non Philoſophico: ſi non perfecta ſaltem imperfecta habeo: Gentilitia ſeu Gentilitia Inſignia ſunt Hieroglyphicæ [illegible]

[illegible]

cujus familiæ, ſuper rebus præclarè, & ad memoriam ſtrenuè cum laude, vel propriæ vel avitæ virtutis nullam pecuniam eſurientis gloriâ, geſtis vel notatis, dignitate Jura Majeſtatis independenter habentis, collatæ, pro armorum, animorum, meritorum, ſententiarum, & opinionum varietate, occaſione rei geſtæ, conceſſione ſuperioris, compendioſè ſculptæ pictæve aut cælatæ formæ; ſeu honorifica à popularibus diſcreta ſigna Vel breviùs.

Conclusio. XVII.

Hæc arma ſive armorum inſignia nihil aliud ſunt, quam Nobilitatis, quæ collata his obſignatur atque publicitùs teſtatur, & rerum ſtrenuè geſtarum compendioſum & breve teſtimonium; præſertim ſi fuerint antiqua, vel à Summo Principe donata. Talia enim pleraque Nobilitatis inſignia ſunt

Conclusio. XVIII.

Quamvis, poſt ſummum terminum, publicam utilitatem in traditione honorum, Nobilitatis & familiæ, ejuſque rerum præclarè geſtarum, memoriæ conſervatione conſiſtentem. *A. B. Tit. 3. verb. quorum præſidio dextra Imperialis potentiæ roboratur. l. 1. §. 13. verſ. publicè enim intereſt ff. de Vent. inſp. l. 22. in fin. de V. S l. 19. §. fin. ff. de Donat. l. 63. §. Si vero nominis 10. ff. ad SC. Trebell. l. 4. de Admin. rer. ad Civit. pertin. l. 22. §. nec vero. C. de Adminiſt. tut.* Inſignia, Nobilitatis à Principe eo potiſſimum fine conceſſa ſint, ut inter humiliores diſcrimen Nobilis familiæ faciant, tamen vel maximè hoc facti inſignioris memoriam, & oſtentandæ fortitudinis præſertim bellicæ, omni ævo in poſteris ſigna, ſymbola & indices, quaſi ſigno Hieroglyphico renovando fieri ſolet, debet. In quo quidem virtutis quaſi ſpeculo, vehementes, ad majorum ſuorum imitationem, ſtimulos ſibi repoſitos ſciant Nobiles, & orti genere illuſtri omnes; nam: Eſt aliquid clarus magnorum ſplendor avorum; illud Nobilitas æmula calcar habet. Qui hæc ſimulacra & monumenta iſta antiquæ virtutis ac dignitatis intuentes, cogitabunt ejus amore incenſi, ea velut pignora ſibi ipſis conſtituta eſſe, ad vitam utilibus & honeſtis præceptis inſtituendam, laudatiſſimaſque Majorum actiones imitandas; imò ad majora perpetranda. Quemadmodum enim homines plebeji non ſtatuunt ſibi ultra ſortem parentum eſſe

enitendum: ita Nobilitatis, precioſi illius depoſiti, & cujus gloria nullum præclarius unquam virtuti præmium honorque oſtenditur, alumnis dedecori foret, niſi per generoſam æmulationem, minimùm pervenirent ad eoſdem honoris gradus, quibus Majores illorum conſcendiſſent. Cogitabunt, inquam, ipſi & omnes Virorum fortiſſimorum degeneres nati, & ut virtutis hoſtes, pervagatam duntaxat Majorum gloriam ipſo cum ſanguine tenaciter inhærentem, O quam Barbaricè! jactantes, ſimul niſi vita inſignibus convenerit, ut olim, ita & nunc graviſſimam reprehenſionis materiam, quæ meliori tamen ſtudio ſubtrahi tota poteſt, ſe ſuppeditaturos, & perſeverantes indignè locum ſibi in Nobilium numero vindicaturos. Quibus enim non eſt Virtutis præſtantia, generis claritas potiùs dedecori eſt, quàm laudi & gloriæ: neque amplius prodeſſe poſſunt, quam ut non queant latere, & vulgi ſint fabula, tanto majori odio per orbem differantur, ſi degeneravit: ſiquidem: Quid tibi Nobilitas? quæ tempore incipit, tempore deſinit, virtute claret, vitio ſepelitur. Quid clarum nomen Avorum? ſi ſpeculum vitiis factus es ipſe tuis. Et nihil refert: Majorum ſuorum [illegible] tabulas & ſtemmata oſtentare; bullam habere in pectore, lunulam in pedibus geſtare; niſi animum quoque Nobili virtutum genere ornatum habuerit. Quippe Virtus in antiqua Nobilitate fulget velut gemma in auro; unde, Is meruit verè, ſibi Nobilitatis honorem; Quem genus & genii nobilitavit honor. Quid ſpectare quæſo! poſt id genus alia ſplendida ornamenta, magnificentiſſima & generoſa ſtemmata, Aquilas, Leones, Cornuas &c. multorum in Inſignibus Leones expreſſi & Homines armati? non ut truculentia (licet etiam præter ornatum, terroris, defenſionis aut alius reſpectus indicinæ, videantur) ſignificetur, ſed ut magnanimitas heroica in gubernatione & bellis, & fortitudo contra hoſtes & clementia erga ſubditos, indicetur! unde eandem, ex Inſignium parilitate, originem, ejuſque glorioſam memoriam, conjicere, veneratio vetuſtatis ſuadet. Hinc generalis eſt concluſio: *toutes les armoiries qui chantent (c'eſt à dire qui remarquent & nomment le nom de ceux, qui le portent) ne ſont pas armes de Vilain, ainſi que pluſieurs cuident.* D. Loiſ. 6. IP 6 num. 17. Quid [illegible]

Gladii

gladii, caſtella, ſtellæ, circuli, Roſæ, pontes, turres & alia ejus commatis ſexcenta? Non de lanâ caprina! niſi manifeſta ſigna Virtutis bellicæ, quæ nobis memoriam produnt, Majores quondam noſtros bellicâ fortitudine, animiq́ue invicti magnitudine honores ſibi tales acquiſiviſſe, ab Imperatoribus præmii loco oblatos, poſteris ſimilem virtutem exercendi, & excolendi, quaſi Calcaris loco reliquiſſe, juxta illud Germ: Die Adeliche Geſchlechter führen ihrer Vor-Eltern Helm und Schild nicht darumb / daß ſie damit ſollen prangen / und wie der Eſel mit der Löwen-Haut ſich ſchmücken / ſondern ſo offt ſie die Wapen anſehen / ſich dahin befleißigen / daß ſie in ihrer Vor-Eltern Fußſtapfen tretten. Et ſic, cùm iſtiuſmodi imagines in Inſignibus ſigniſq́ue militaribus eatenus tantùm adhibeantur, quatenus ad virtutem ſunt incitabula, quæ ipſa animalibus loco non cedentibus, nec fugam inſtar leporum & cervorum capeſſentibus tantùm figurantur, rectè ſolent Nobiles ex antiqua proſapia, ſtemmata & jura ſua, præcipuè titulos perquirere, & manifeſtiora, uti licitum, facere; non ex arrogantia, ſeu ſuperbia quâdam Phariſaica, ſed quò virtutis Majorum præmia ſint omnibus aperta, atq́ue ſic ſibi, ſucceſſoribus, & aliis, incitamenta plus illud ultrà exercendi, & rectè vivendi, præſtent. At non cuivis contingit adire Corynthum! *Horat.* præſertim ſervis illis naturalibus, infelici fortunâque novercâ natis ſidere, quorum maximam dari copiam experientia deprehendit. O felices qui feliciter ſic hujus lucis uſuram accipiunt! Quibus pluribus non eſt opus admonitione & doctrina! Quos, ſingulares præſertim Notas naturales & Gentilitias, *de quib. conf. Höping. integ. de iiſd. Tr.* habentes, gratia Cœli imbuit! ut mortalium oculos & animos in ſe convertant & pertrahant; infauſtam illam tamen ſimulationem, quaſi nihil ferè fiat de induſtria, non ſimulantes. Quos natura ad virtutem excitat, nec in ultimo aliquo ac remotiſſimo terræ angulo conſeneſcere permittit, & ſponte ſuâ quibus integrum eſt, ut, ſui nominis famam & gloriam poſt mortem relinquendo, demonſtrent, ſe in Mundi hoc theatro, vitam, non ut pecora, cum ſilentio tranſegiſſe.

Con-

CONCLUSIO. XIX.

Notanter in deſcriptione adjeci : *rerum præclarè geſtarum ſymbola &c.* ut indicetur , in iis , æternæ monumentum gloriæ concedendis , ſolius virtutis , ſecundùm ſummæ Theſei illius æquitatis filii ſanctiones ſine fine victuras , ejus præmia, ex communi omnium Gentium placito, digniſſimis , merentibus & non prece ſolventibus , tribuere præcipientes , & meritorum, & Majorum , exemplo Tiberii, qui ſub prima Imperii initia , mandabat honores , Nobilitatem Majorum , claritudinem militiæ , illuſtres domi artes ſpectando , ut ſatis conſtaret non alios potiores fuiſſe. *Tacit. 4. Annal. 6.3.* & propriorum de Rep. ſingularium , O meritorum ! (egregia ſanè verba & bona , quamvis obſervantia ſine dubio adhuc melior ſit, cùm hodie ut cantat Prov. Beneficia nullibi ferè in Calendario deſcripta reperiantur) hodie ut olim omninò reſpectum eſſe habendum; quo uniuſcujuſque Reip. axiomate Status , quis natura egregios , Juſtitia inſignes , rei militaris ſcientia & gloria (quam bello paratam ſolam eſſe exiſtimarant ſemper homines omnium maximam) generoſos , Literarum cognitio præclaros fecit , ad debitos honores extollantur ; ſicque , dum eminentiſſimi fortiter pro aris & focis,pro Eccleſia & Rep.pro libertate & Civitate,Patria &c. dimicantes armatæ profeſſionis milites , poſt exantlatos tot labores , & perpeſſas impatibiles ærumnas , tanta induſtriæ pretia , fortitudinis & Virtutis ſymbola , & vividos magnanimorum animos [illegible] præmia recipiunt, nec inani ſpe lactantur , & poſteri hac honorum eſca dulciſſimoque nectare illecti , in ipſorum deſiderium rapti , & ſui , eundem viam capeſcentes excelſi pectoris viri, bonæ mentis & famæ Candidati , videntes , ignavos eſſe inglorios , fortes & induſtrios honoratos , ſuæque conditionis homines victricem gloriæ palmam reportare , ad ſimilia præclara facinora ſpe præmii *arg. l.* [illegible] magis magiſque ad publicæ ſalutis ſtudium inflammante , verecundiam expellente , invitentur. Princeps n. ſola gratia & interventu pecuniæ , non magis ex ignavis & indignis Nobiles facere poteſt, quam ex ſtultis ſapientes. *ut Obrecht. d. Regal.* § 110. Veræ & antiquæ Nobilitatis , rei illuſtribus ingeniis gratiſſimæ , ad quam ut potiùs à veræ virtutis ſtudioſis properandum , magnæ illius dignationi [illegible]

nem, & magnifica, in reverentia, honoribus deferendis, pœnis temperandis conſiſtentia, ex favore generis ſeu generoſæ indolis, virtutis eminentioris ac dignitatis data *l. 4. C. ad L. Iul. Maj. Rub. & l. un. C. d. Equ. dignit.* 12. 32. privilegia. *De quibus latè Tiraq. De Nobil. tr. c. 20. & Limn. 6. IP. 4.* præclara geſta pepererunt: Hodie plerumque Nobilitatis jura quaſi promercalia, ac veluti ſub haſtæ auctionatu, homines illæ *cruciantes divitiæ*, etiam cum ſalutis æternæ diſpendio, *argum. Matth.* 19. (nemine ferè effatum *Matth.* 5. *& 6. Luc. 6. Beatos eſſe pauperes, ipſorum imprimis quia eſt regnum cælorum*, condignè conſiderante) rariſſimi illi virtutis Comites, & fortunæ pediſſequæ: *Avaritia* bellua illa rabida, fera & immanis & intoleranda, *Ambitio*, quæ ſub ſordido pallio ſæpiùs etiam latet: contra *cap. ſancimus. 26. cauſ.* 1. *q.* 7. *l.* 4. *C. de Stat. & Imag. l. fin. C. ad L. Iul. repet.* probatæ tantùm vitæ teſtimonium ad honoris inſignia requirentes; *Invidia*, quæ ubiq́ue maximè dominantur, quo animas venales & ſervituti natas undiquaq́ue vix numerandas contrahunt, quibus per inſatiabilem cupiditatem non licet vitâ dulci & tranquilla frui, ſed in tumultuantes aulas & negotioſa illa mundi negotia, veluti in ſpacioſum aliquod Mare conjiciuntur, ubi continuo agitantur motu, pariunt, cùm tamen: *pecuniâ comparari nequeant Generoſitas & Virtus.* Hunc uſuræ ditant; illum ſpolia: proditiones alium: Hic veneficiis ditatus eſt; ille adulationibus: huic adulteria lucrum præbent: nonnullis mendacia proſunt: quidam faciunt ex cônjuge quæſtum: quidam ex natis: pleroſq́ue homicidia juvant. Rarus eſt qui juſtè divitias congreget. Nemo faſtum amplum facit, niſi qui omnes metit herbas: congregant ardentiſſimè homines avari: (quorum unicum eſt gaudium, ut aurum condant, ne ſolem authorem, & progenitorem ſuum aſpiciant, qui immoderatus ardor divitias cumulandi non extinguitur, incendio non abſimilis, quod avidius devorat, quanto majorem invenit eſcam) divitias multas, nec unde veniant, ſed quàm multæ, unco licet perverſo, veniant, quærunt, omnibus his pecuniam ſitientibus verſus iſte placet: *Vnde habeas quærit nemo, ſed oportet habere. Iuvenal. Sat.* 14. *verſ.* 207. Poſtquam verò plena eſt arca, tunc tunc, à nihil veritis ambitioſo convitio virtuti illudere, Nobilitas poſcitur, quæ ſic quæſita nihil aliud eſt, quàm

-372

præmium iniquitatis. O ignobiliſſima Nobilitas. *l. ne quis. 6. C. d. Dignit. 12.* commiſeratione ac opitulatione, beneficiisque in Iure furioſis & prodigis aliisque miſerabilibus perſonis conceſſis digna. O Nobilitas fortunæ faventis fatuis den Kurtzweiligen Räthen und Schalcksnarren *de quib. v. R. I. de ao. 1500. ipſorum tit.* juxta prov! cujus ludibrii, tanquam in theatro, artes ſuas malitiæ & levitatis eminentiſſimas exhibentis, mille ambitionis & divitiarum mancipia ludos ſtultoſque facientis, ut unum aliquem ad ſummum præcipitium, etiam indigniſſimum ſecundum illud: *Tu neſcis quam minima Mundus regitur ſapientia*; evehat ferè omnibus præparatum, quos ſuis gratiis dementat; beneficio magis quàm ſuo merito magni ſunt, cùm tamen hæc medius fidius non niſi digniſſimis tribui debeat hominibus, & illis ob benemerita & virtutes, fundamentum illud & cauſam veræ Nobilitatis ſolam & unicam. *l. [illegible] C. d. Poſtul. N. [illegible] c. ult. C. nos qui. x. De Præbend.* Reip. & vitæ communi Salutares rectiſſimè. Quamvis in aprico ſit de Nobilitate ſine divitiis certare, ſtultum planè, & ſine eis, viro prudenti & conlato mundanarum rerum ſtudioſo, quotidie metuendum ludibrium, & ſupercilii dejectionem eſſe, juxta illud Italicum: *Quid titulus ſine vitulo*, Titul ohne Kittel / *eques ſine equo, Cavalliere ſenza ſperoni. noviſſ. Sprenger. in Bono Principe p. m. 129.* quippe quibus fuleris deſtitutus omnis ordo ad interitum inclinat. *l. pietatis. 6. C. d. ſuſpect. tut. N. 9. c. 1.* adeò ut etiam Eccleſiaſtica dignitas ſine his vileſcat. *Cum in plerisque ibi: & mendicitatis. De Elect. & Elect. poteſt. c. futuram. c. [illegible]tes. cauſ. 12. q. 1. & ſimilib.* Proinde *Capit. Imp. art. 44.* expreſſè ſancitur, ne regalia pauperibus conferantur, ad evitanda omnis generis mala, per quæ, Regales dignitates conſecuti, Regalibus verò opibus deſtituti eas per fas & nefas cum Reip. damno acquirere tentant, & inſidiantur, vel poſt ſic decoctum loculorum evacuatorum patrimonium, ambitione novis rebus ſtudent, ut Remp. turbarent exemplo *Catilinæ &c.* eoque acceptam Nobilitatem potius conſpurcant, quàm ornant: nihil tamen abſurdius aut perniciosius, quam dignitatem quæſtu, ordinem pecuniis, Nobilitatem opibus metiri; imò eam hinc tolli exiſtimare; quod abſurdiſſimum. *l. 14. §. 1. ff. d. ſerv. corrupt. l. 2. §. 47. verſ. ergo Salinæ [illegible]* O I. abſint licet Nobilitatis fulcra & Columnæ divitiæ, ipſa tamen Nobilitas & generoſitas manet. *argum. l. 7. C. de inceſt. [illegible]*

& pauper virtuoſus decem divitibus, pluris porcellum, quam oculum æſtimantibus denen Gelteklemmern præferendus. Sciant autem pro axiomate ſtatus in animo perpetim volvendo, Nobiles illi fortunæ injuriâ miſerabiles, decere ipſos, quidvis facere & pati malle, quàm animum miniſteriis Nobilitati non convenientibus applicare; ſed potiùs ſtudiis liberalibus, ea quæ reſidua habent, illuc impendendo, ſeſe dedere & iis ſedulo inhærere, Martem, metu invicti aut pretio, quibus major honoris quàm vitæ cura, nutricem illam Nobilitatis, ſequi, & apud Magnates Miniſteriis præſtandis ſibi proſpicere; quod ſine Natalium detrimento fieri poſſe conſtat. *argum. l. 19. pr. C De Teſtam. l. fin. C. d. Excuſat. tut. l. 5. in pr. ad L. Jul. Maj. l un. C. De prepoſ. lab. 12. & l. 1. C. de domeſt. & protect. 12. 17.* cùm non ſit Propheta ſine honore, niſi in Patriâ ſua ipſa S. S. atteſtante, dictum cum grano ſalis capiendum. Armis Nobilitas utplurimum eſt parta: armis eſt conſervanda: Armis aperienda via ad famam & honores deinceps ampliſſimos; Bello intereſſe peccatum non eſt, & poſſunt militantes Deo placere. *can. noli exiſtimare. can. militare 23. q. 11. v. 9. 25 & 28.* Sciant, inquam, ipſorum proprium eſſe uſum armorum, & propter eandem cauſam, ne Nobiles unquam armis carere cogantur, [illegible]acitum eſſe, & pluribus in locis receptum, ut maribus heredibus arma & quæ horſum pertinent, res expeditoriæ communi nomine vocatæ das Heeracräthe præcipuè aſſignentur & relinquantur. *Carpz. Berlich. Weſemb. par. ff. De ſuppellect. leg. num. 4. ibique Hahn.* quippe quæ ad familiam ſpectant. *per tradita D. Knipſchilt. de fideicomm. c. 5. num. 51. ſeq.* imò ipſis præter arma quibus pugnent; ex quorundam locorum conſuetudine, qualis Tarentinorum fuit, *teſte Parthen. Litigioſ. p. m.* [illegible] conceditur nihil.

Conclusio. XX.

Quanquam, his poſitis, inſignium in ſpecie conceſſio, ac uſurpatio tam diſcreta, ac in recto hodie eſſet, quàm crebra, frequens ac extra arctum, ubivis terrarum, ac vel in Imperio præſertim exiſtere, ab omnibus prope conſpicitur optandum valde eſſet, at verè dolendum, inſignia virtutis, ut perditis moribus invaluit, multos etiam ſine virtute aſſequi, & abſque ulla fortitudinis præſtantiſque de Rep. meriti commendatione, verum & uni-

cum hoc Nobilitatis ornamentum pecuniæ interventu, juxta verſ, In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores: Et da pecuniam in burſam hydropicam omnia commutantem, miſerrimè proſtituit. Non quidem Principum concedentium culpâ; de quibus tale quid præſumere imò cogitare, crimen eſt inſtar ſacrilegii. *arg. l. 3. C. De crim. ſacr. l. 5. C. d. div. reſcr.* & nunquam regulariter præſumitur ipſis aliquid placere, niſi quod verum & juſtum eſt. *l. fin. C. ſi. contr. jus vel util. publ.* legi ſcriptæ & rationi naturali conſonum *l. 4. ff. De vulg. & pupill. ſubſtit. l. 4. C. de LL.* volentibus ſuos actus regulari à Juſtitia Poli & fori. *Auctor Comit. Ratisb. De anno 1654. p. m. 403.* licet præſumantur diſpenſare voluiſſe cum ſuis defectibus. *arg. l. 57. ff. d. re jud. l. 1. C. d. petit bon. 10. 12.* quod dictum, præſumptione veram probationem non inducente, *l. cum de indebito. 25. ff. de prob. D. Tabor Thes. 1 Prud. lib. 14. c. 68. ax. 22.* gravatum, abſolutè & generaliter non procedit; cùm nonnunquam per ſub & obreptionem *v. Capit. Ferd. III. art. 41. Ferd. IV. art. 38. & 39.* ingenti impetrantium ſolatio (quamvis vergere deberet ipſorum damno, talis enim conceſſio eſt ipſo Jure nulla. *Capit. Leop. art. 3. in fin. l. 6. C. d. Dignit. arg. l. 1. ff. d. natal. reſt.*) malè & ſiniſtrè inſtruantur. *c. fin. de reſcr. in 6. l. 1. C. d. Pet. bon. ſublat. Capit. art. 3. in fin.* & ſic non de Jure Majeſtatis, ſed de facto ſorti humanæ quandoque ſubjecto, de Principis ſcientia & voluntate, pro tutela & conſervatione Majeſtatis ipſius & juris tertii, modeſtè & reverenter diſquiritur, quod licitum. *arg. t. t. ſi contra jus vel util.* qui impetrantes deinde, his ſubitis imaginibus, nec non Principum, religione ipſorum, ut dictum, à ſupremo quodam Chryſoſtomo culturam Regionis commiſſam habente, prius circumventâ, ſubitariis beneficiis, præcipuè verò Aulicorum, ne dicam omnipotentium, propter peſſimum illud; ***meum & tuum***, vanitates ſuas pictis fictis lectiſſimis Coloribus repræſentantium ſuffragationibus, & Comitum illorum lucripetarum titularium, uti ampliſſima alia privilegia ab Impp. habentium, ſæpe tamen iis, O quam turpiter, ut hirci hortulani officio ſuo notoriè abutentium (non tamen de omnibus loquor) ita hoc Regali & prærogativa pingendi clypeos communicato, & ferè in totum, ut hinc ita evileſcant, translato, gaudentium, pro traditione inſignium, ut olim Veneti in neceſſitatibus pro ipſa Nobilitate obtinenda, exigentium

tium pecunias, & ſic ubique divinâ, & veneranda antiquitate, virtutiſque juſta æſtimatione jacente, & poſt nummos veniente, non meritorum, ſed ſolutionis pretii, juxta naturam quæ paucis etiam dicitur contenta, ab ipſis impetranti inutili terræ ponderi utplurimum conſtituti intuitu, frequenter hoc jus conferentium, ex quovis ligno & inhabili materia Mercurium, quovis marmore ſtatuam Jovis, ex ſtultis fucatos ſapientes creantium, facillimis conceſſionibus, ſupra ſortem & civile faſtigium evecti, ingentium ſplendidarumque gentilitatum ex equo Trojano, ferè dixiſſem von zwelff Käſgrempen her fundamina jaciunt, *Caji Caligulæ* ſtultitiam, qui equum ſuum conſulem Romanum efficere ſtudebat, imitantur, priſtinæ ſuæ conditionis immemores, impotenter muneribus, ad quæ ne quidem cupiunt gradatim evehi, ſuis funguntur, & deſæviunt in ſuos, ut aliquid ſe poſſe oſtentent. Quotus enim quiſque his notis & icunculis jam nunc non vult dici & credi Nobilis, cùm tamen *juxta D. Wilhelm. Anthon.* verius Nebulo & nequam eſſet dicendus? Quis nunc (licet is ſit de plebe & mercatorio pipere, ut alios tranſeam) inſignia magnifica, cum apertis galeis, clypeis, integris campis atque ſylvis, feris, Caſtellis, veterum Heroum clypeos imitando, claroſque mendaces titulos non arrogat, affectat, ſequitur, rapit? Ut meritò jam quod ille ait:

Et ſe aſinus pardum vocet & formica leonem.

Addeſis de abuſu inſignium *D. Limn. 6. IP. 1. num. 51. ſeqq. 8. IP. 8. n 5. & 103. ſeqq.* alia ſuggerentem: non enim hujus eſt loci, ut hæc ululterius proſequar. Multa cogito ſecurus, cogitationis pænam nemo patitur, nec de occultis judicat Eccleſia. *l. 18. ibique Goth. De Pæn.* cùm nemini quærere liceat, Papa quid facis? *C. ſi Papa. 6. diſt. 4. 41. c. nunc. 7. diſt. 21. c. oves. 2. q. 7.* adducerem ſane & ego quoque ejus rei præjudicia, niſi fortean odioſa, & propterea etiam juxta *l. ult. in fin. C. d. Dot. promiſſ.* intra fida ſilentii tecta domi tutius continerentur.

CONCLUSIO. XXI.

Sufficit, inquam, proh dolor, experientia, malitioſo

ſeculi genio, non per ſe ipſis virtutis inſignibus adſcribenda, ut meritò cum Poeta exclamandum:

Virtutem Pauci ſed habent inſignia plures:
Qui ſtimulat tauros, non & arator erit?

Siquidem non omnes Scholaſticis ornamentis (velut Doctoratus, Magiſterii) decorati, verè Dd.& Magiſtri ſunt; cùm aliud ſit eſſe D. aliud Doctoratus gradum aſſumpſiſſe: Hic in agone literario, ut à fide dignis expertis ocularibus Hiſtoricis accepi, ſine debita rigoroſa obſervatione ſeu executione *cap. Privilegium. 11. q. 3. D Tab. Th. 1 P. l. 14. c. 83. ax. 30.* quibuſdam in locis (juxta illud Gallorum: Nos Graduum Academicorum Inſtitores ſumimus pecuniam, *taſique [illegible] nous plaira*, & mittimus aſinos in Germaniam: ingenioſe à quodam inverſum: Nos ſumimus pecuniam, ne aſinus currat in Galliam) parva pecunia ab innocentibus ex ſtudii fornace noviter eductis [illegible] tribus ignorantiæ, multis in Marſupio, paucis in ſcientiis & eruditione, quæ tamen de Doctorum eſt eſſentia & Nobilitatis materia, ut nemo ſanus in dubium vocabit. *v. l. 7. C. d. Profeſſ. & Med.* examinatis: ille non niſi magno labore & experientia acquiri poteſt; quo poſteriori ipſo veri Papiniani patroni indigeantur, re ipſa verò Doctorelli illi & Magiſtelli miſericordiæ, bi nichts werthe Liederliche / des Macherlohns ohnwürdige / ex ipſorum [illegible] ut à Poetis Vulcanus è numero Deorum, eò quod [illegible] cum igne abſque intellectu eſſe judicabant, eiciendi, remittendi ad Frid. III. exſtirpationis conſtitutionem *v. 6. 17.* excludantur. Quippe quibus, & illis cum uſitatâ in caſu inſufficientiæ, [illegible] toriâ, exiſtentibus in potentia, ut loquuntur Philoſophi, Doctoribus indoctis & aptis ad Remp. ut aſinus ad Lyram, Nobilium & Dd. pro privilegii natura, privilegiis frui non conceditur (Nam non eſſe & inhabilem eſſe paria ſunt. *arg. l. 1. §. pen. ff. de R[illegible] l. 6. ff. [illegible] t. d. reg. l. [illegible] § 2. Quodcunque univ. [illegible]* & privilegium [illegible] loco alii [illegible] ad odioſos trahendum non eſt. *l. [illegible] ff. de Teſtam. [illegible]*) ut probat poſt allegatos a ſe *Neld. d. Tabul. th. 4. [illegible] lib. 1. de Rep. c. 9. num. 9. Menoch. conſ. 8[illegible] num. 7. [illegible]* nec omnes qui Cytharam habent Cytharœdi: ſi meliores, qui erudi-

tionem

ſ

tionem habent abſque his inſignibus. Loco ignominiæ eſt, apud indignum dignitas, & ut cantat Proverb. *Simia, Simia, tametſi aurea geſtet inſignia.* Hinc, cùm hæc piſcatio fertilior ſit, quàm piſcium Octobri Menſe, & ex jam olim cenſoriâ notata virgulâ: *Dignus & indignus pariter nunc ambit honores; Atq; ablativus caſus utrumq; beat*: fit, quod exulcerato hoc ſeculo, quo videmus bonos mergi, malos erigi, reptare aquilas, Aſinos & Leones volare, Vulpes in Curribus, Corvos in turribus, litem in judiciis, veritatem & virtutem in conviciis, mendacium & prætextum in deliciis & laudibus; Nobilitatis & Eruditionis Status, ac inaugurationes, hanc ob aëris tempeſtatem, & innumerum eorum numerum (ne dicam plus eorum quam muſcarum in Armenia *Lanſ. Conſult. p. m.* 706.) tunc otioſorum in foro, Magnatum domos pulſantium, nemine illis aperiente, multos fautores quærentium, nullos verò invenientium, decreſcant, vileſcant: Omne enim rarum charum, vileſcit quotidianum. *c. Si officia. diſt. 59. & c. legitimus. diſt. 93.* & per ſummam temeritatem, inſcitiam & pronitatem Dd. illorum auctoritatis non ſcientiæ, male Conſultorum JCtorum ſeu execrandorum Conſultorum, tàm facilè honoris inſignia impetrantium, quàm vanè ſtolideque poſcentium, maxima in Remp. importent detrimenta. Cujus etiam præjudicia notiora, quàm ut exemplis, quæ ne faciant conſuetudinem maximè cavendum, demonſtrare neceſſe ſit. Addeſis poſt *Carpzov. l. F. omninò Auctorem Comitiologiæ Ratubonenſ. de Anno 1654. p. m. 281. 282. ſeqq. p. 292. ſeq. p. 341. 342. 343. de his monſtris; & de correctione Corporis Iuris, & veræ Iuſtitiæ cultu late differentem.*

CONCLUSIO. XXII.

Perſonatis autem & ſuppoſititiis hominibus, de quibus ſupra, falſiſſimis illis ex propriâ auctoritate inſignium, ad inſtar familiarum antiquarum, aucupibus, & aſſumptis titulis, præſertim Nobilitatis, ſibi mirè blandientibus, quò facilius inter Nobiles reputari, & virtutis Majeſtati pellem vitulinam atramento & cerâ ſuperbam æquiparare queant, conſequendæ Nobilitatis, conficiendorum, confirmandorumque inſignium Gentilitiorum modum & optimam omnium formulam à Neſtorio quodam, his Harpalis, ut

474

ut eſt apud Eraſm. in Colloq. & Spangenberg lib. 9. Adelſpiegels c. 4. præſcriptam denegaret, dictum pace ipſorum. Für allen Dingen ſoll ein ſolcher / vnd ein jeder außgebettelt-erkauffter Edelmann/ jhme Pittſchafft / Schild vnd Helm fein künſtlich außgraben laſſen/ vnd jhme etwas luſtiges zum Wapen erdencken / daß ſich fein ſchicke vnd reime / mit ſeinen vorigen Ritterlichen Thaten / dann / er wird/ wo er nicht zuvor im Krieg geweſen / doch etwann den Bawren die Gänſe oder Hüner geköpfet haben ; dahero er in ſeinem Wapen nehmen kan / ein bloß ſilbern Schwerdt / vnd drey güldene Gänß-Hüner-Haſen-oder Eſels-Köpf / in einem rothen Feld / zur Anzeige / das er nicht bey ſchlechtem Blutvergieſſen geweſen / vnd ſolches ſein Wapen in allen Herbergen abzumahlen / vnd über die Thür zuſetzen / ſoll er ſich nicht dawren laſſen / mag auch wohl einen offenen Helm oben drauff ſetzen / vnd auff dem Helm einen ſchwartzen Hundes-Kopf mit hangenden Schlapp-Ohren / oder einen Haſen-Kopf / auch zwey Hörner darneben / vnd weil gebräuchlich iſt / daß groſſe Herrn gemeinlich Leoparden / Drachen / Hund oder Hirſch mahlen laſſen / ſo ſoll er / damit er etwas ſonderlichs / ſeltzames vnd wunderlichs habe / zwo Harpyen oder zwey Teuffel darbey machen / vnd damit es nicht allein Adelich ſehe / vnd ſcheine / ſondern auch Adelich laute / ſoll er ſich nicht / wie ſeine Vorfahren nur Harpal Gauch / nam id plebejum eſt , ſondern Harpal von (dictum abſque ignominia & præjudicio Status & dignitatis antiquarum familiarum) Gauch / oder nach dem Wapen Harpel von Gauch-Haſen-oder Eſelsberg nennen. Nam aſinus, totius humanæ commoditatis aſſiduus proficuuſque ille miniſter, coactè portans ut in adagio dicitur , myſteria , non eſt res indigna clypeo: Qui enim ſapientiæ operam eſt daturus , eum oportet victu eſſe tenui , omnia quæ in vitam humanam cadere poſſunt , æquo ferre animo , neque ad ullam excandeſcentiam , aut contumeliam ſeſe convertere : animo eſſe parvum , ſimplicem & inopem , ut aſinus eſt , qui nullum inter Carduos & lactucam diſcrimen faciat nullum denique ſit onus quod detrectet : & ubi opus fuerit , pro cane aſinum robore longè ſuperante, & bove &c. terram proſcindat. Quis detraheret *Philippi Scherbii lib. 3. Comm. in Ariſt. Polit. c. 12. in fin. pag.* 168. ſententiæ , nunc magis de inſignibus quam virtute

ſolicitus

ſollicitos eſſe homines, proferentis: *Et ideo* da ein ſolcher zu ſeinem newen Adel ſolche inſignia bekommen: oben im Schild ein Saw vnd vnten ein Adler / *& inſcripſerit* : *Sic placuit ſuperis* (*rectiùs* : Daß ein Saw zum Edelmann worden iſt) meinet daß er were geadelt worden/ vnd darauff ſeinen Schild im Würtshauß auffhencken laſſen ; *venit tertius & inſcriptioni iſti addit* : Aquilas ſubmittere porcis.

CONCLUSIO. XXIII.

Præcedenti §. allata, minimè de his ob propriam egregiè conſecutam virtutis famam, & heroica facta, Nobilitati, vel aliis ipſius privilegiis, quamvis nupero fœtu, adſcriptis, perverſo hodie more inſigniq́ue cum impudentiâ, à reliquis longâ inſignium ſerie decoratis, minimè animo volventibus eiſdem mediis Majores ſuos ultra vulgi ſubſellia ſe ipſos provexiſſe, thraſonicè ſub odioſo encomio: Gepfefferter Newgebackener vom Adel / ſeu Pfeffer-Sacks-Wapen-Ritter / (contra reg. Polit. hoc aulicum vitandum eſſe monentem) contemptui habitis, ſint intellecta, quippe quibus, fidelem operam ut ſupra invidiam aſſurgant, rectè Principi exhibentibus, nec ſumptibus, ubi res magnæ, laborioſæ & ſumptuoſæ occurrunt, parcentibus, ſenſim ſe verè Nobiles, & ad Magiſtratus obeundos, idoneos ita reddentibus, imò veteres Nobiles ad virtutem extimulantibus, ut ab aliorum invidia & conviciis ſint tuti, inſtrumento Nobilitatis ferè ſemper clauſula pœnalis annectitur. *Capit. Leop. art.* 44. ibi: Sondern auch dem impetranten / dem erhaltenen Stand vnd privilegio gemäß / das verwilligte prædicat vnd Titul in den expeditionibus daſelbſten ohnweigerlich zu geben / vnd bey Straff der darin geſetzten Poen nicht zuentziehen *&c.* ita ut ſi quis offenſus fuerit (putà tamen injuſtè) poſſit ad pœnas privilegio inſertas agere, & hoc in caſu, ubi jus privilegiati reſpicitur (putà ratione violati privilegii Cæſarei) æquè Cameræ Imperialis, Cæſarem & Status *R. I. Noviſſ.* §. Damit aber (ſc. quoad ſubjectum, locum & modum exercendæ juriſdictionis. *vid. P. Oſnabr. art.* 5. §. 20. *d. R. I.* §. Als dann nach dieſem. *& ſeqq.* non autem juriſdictionem ipſam ; quæ, utpote ad Imperatorem duntaxat, tanquam fontem omnis juriſdictionis ſpectans. *vid. d. Capitulat. art.* 1. ab ipſo ſolo eſt conceſſa. *Præf. O. C.* 1555. ejuſq́ue nomine, titulo & ſigillo tantùm exercetur, repræ-

præſentans: quàm, ob fundatam utriuſq. juriſdictionem ejuſq; concurrentiam, Judicium Aulicum exhibito privilegii documento originali adire, hoc caſu citationem (libello ſummario ipſi inſerto *d. R. I.* §. [illegible]) decernens, ad videndum violatorem incidiſſe in pœnam privilegii. Quod ipſum autem quo modo procedat, & quæ ad proceſſum ejus [illegible] mandum requirantur, fusè docet D. Schüʒ *in C. I. P. vol. 2. diſp.* 8 [illegible] *θ. 62.* ita ut præventioni locus exultat. Juriſdictio enim Cæſarea [illegible] ſtricta eſt tantùm ad Cameram, ſed etiam Judicium Aulicum. [illegible] *Capitulat. Ferdin. II. art.* 39. *F. III. art.* 41. *Divi Leopoldi art.* 41. & 42. adeò ut ipſi concurrentiam cum Camera denegare velle, abſurdiſſimum ſit; ita tamen ut nec cauſæ ad Cameram ſemel devolutæ, [illegible] ceptâ cognitione novorum teloniorum. *Capitulat. art.* 24 [illegible] ab Imperatore amplius avocari. *vid. d. art.* 42. *Pac. Oſnabrugenſ. art.* [illegible] §. 20. *verſ. Quoad Proceſſum. d. R. I. de Anno* 1654. §. Damit aber [illegible]. Sed modus procedendi in Judicio Aulico, idem qui in Camera obſervari debeat. *d. Pac. Oſnabr. d. l. d. R. I.* §. Was den Churfürſten und Ständen. & §. Nachdem nun auch. quamvis Judicii Aulici juriſdictio latior ſit Camerali, adeò ut hoc judicium, non quod omnes omninò cauſas cum Imperatore concurre poſſit, pluribus [illegible] adhibito Aulico Judicio Reichs Hoff Rath/ reſervatis, E. G. cognitione (collatio enim abſque conſenſu Electorum hodie non procedit *vid. Capitul. art.* 30. quo ipſo limitatur *Aur. Bull. c.* 5. *pr.* & *c.* 7. [illegible] de Feudis Regalibus immediatis; *O. C. p.* 2. *t.* 7. [illegible] §. Ob auch. *p.* 122. *vid. Præjudicia in R. I. Noviſſ.* §. Demnach auch in dem. & §. *præced.* tàm quoad poſſeſſorium, quàm petitorium, ob generalitatem textus *O. C.* &c. inter hæc non diſtinguentis [illegible] connexitatem; etiamſi tantùm de parte Feudi lis moveatur. [illegible] *Imp. Noviſſ. d.* §. Demnach auch. neque enim caſus, [illegible] declaratione Status in Bannum. *vid. Capitulat. artic.* 28. [illegible] apparet, quod Imperator in decidenda aliquâ controverſia, conſenſum Statuum adhibere teneatur, niſi velit, quod ipſi liberum. [illegible] *d.* §. *Quoad Proceſſum. Nec obſtat Capitulat. art.* 10 *verſ.* Wie ſonſten. *art.* 39. *in fin. verſ.* In wichtigen Sachen. *vid. θ.* 45. quæ potiùs ad ſententiæ in Aulico Judicio latæ executionem referri debet, ubi [illegible] condemnata, illud quod ſibi injunctum præſtare nolit, [illegible]

Dono

4158.

Banni decernenda veniat ; quo in caſu expreſsè deciſum. *in d. Capit art.* 28. Electorum conſenſum eſſe neceſſarium. (2.) cognitione novorum teloniorum, ſi Electorum aliquis actor vel reus ſit, *vide Capit. art.* 24. (3.) Quando de ſubſtantia, validitate & interpretatione privilegii Imperatoria auctoritate conceſſi controverſia movetur. *arg. l. fin. C. de LL. ibique Dd. &c.* Interim tamen, licèt nulla virtus propagetur ex traduce, ſed tantùm quandoque eo per ſe inclinet, multum Majorum Virtutibus & meritis tribuendum : nec Nobilitati generis vera Nobilitas deneganda, cùm ipſa in Conſtitutionibus Imperii fundata, Scholaſticis rationibus non ſit ſubjicienda. Specioſum eſt antiquæ Nobilitatis nomen : ſpecioſum vetuſtas poſſe Majorum oſtendere imagines : eorumque fortia facta, excelſo ipſorum capaci animo & induſtria exprimere poſſe ; ita ut, quin, maximè ſuâ & avitâ virtute, juxta illud : *quo quis antiquiori ſeu Nobiliori ſtemmate prognatus eſt, eo clariori judicio & ingenii rectitudine præfulgere cenſendus eſt. l. 8. C. de S. S. Trin.* & ſic duplici vinculo quod unico fortius, coruſcantes, de genere & virtute verè ſimul gloriantes, his novis etſi etiam virtuoſis, longis paraſangis, cæteris tamen paribus, de jure (etiam inviti, quippe quibus honores deferri poſſunt *l. 3. §. 15. ff. de Muner. & honor.* & in hiſce & ſimilibus intereſt Reipubl. ne adverſus propria commoda veniant homines. *l. 4. C. de Sponſal.* eorum igitur velle aut nolle attendendum non eſt. *Auth. res quæ. C. Commun. de Legat.* cùm Decus familiæ hoc impetret : Wir bitten Euch / Ihr müßt das thun ;) præferantur, & digniorem ſupremumque locum occupantibus, vulgaris poſſit objici verſiculus, quem habet *Auctor Comit. p. m.* 136.

Tali ſede ſede, ne dicam ſurge recede.

planè non dubitem ; cùm is qui ad conſervandam familiæ dignitatem ſc. debitam, non ambitione prætenſam, non diſceptat, dicatur injurius in ſe & poſteritatem, pronuncientque Politici, ut præcedentiam & ſeſſionem contra turbantem, armis defendere liceat, ordinis dignitatis obſervandi cauſa ; etiam Clerico. *Ad Philipp. 2. verſ. 3. c. fin. diſt.* 89. imò hoc in caſu Pater filio cedere cogitur, & nemo poteſt ordini iſti in præjudicium ſuorum renunciare *per*

vulgata. non obſtante dubio illo Chriſti Salvatoris *Luc. 22. vſ. 26. Vos autem non ſic.* & Philoſophorum dicto *Sapienti non eſſe pugnandum de loco*; ubi diſtinguendum inter ordinem virtutis ratione bonorum animi, de quibus ibi loquitur Chriſtus: & inter ordinem dignitatis. Quòd ſi verò illos præcedere quandoque permittant, fit per familiarem & politicam conniventiam, qua malunt magnitudinem ſuam illuſtribus factis, quàm glorioſis appellationibus oſtendere. Quæ urbanitatis ejuſmodi magis, quàm obligationis ex aulicismo orta verba tamen, obligationem non inducunt, *arg. l. 31. ff. d. Oper. libert. l. 2 ibique gl. C. de pignor. v. Vultei. conſ. 38. n. 5. [illegible] vol. 1.* prout nec probat ſola nominatio fraternitatem veram inter Geſchwornen Dug- Sauff- vnd Stallbrüdern *l. 58. ff. d. Hered. inſt. l. [illegible] 14. C. d. Probat. l. 6. C. De Teſtam.* & aliàs à legum ſubjectione eximunt verba modeſtiæ, neceſſitatem non inducentia Juridicam, cùm reverentialia, officioſa, urbanitatis honoriſque id genus verba ad complacentiam abſque veritatis præjudicio prolata, magis intelliguntur adulatoria quàm obligatoria, & propterea de vento Servium, & ad favorem loquentis, ut in Ethicis honorantis magis quàm honorati honor, interpretanda eſſe, ex communi DD. Schola, Uſu Camerali, *Gilman. tom 4. Symph. part. 1 vot. 10. num. 183. ſq.* & ratione ipſa dicuntur, nihilque Juris quæritur illis, & malè ad ſubjectionem præciſam hinc fit illatio. *D. Limn. 4. J. P. 6. n. 74.* cùm tales amicitiæ ne quidem poſſeſſionem tribuant, tituli alias valeant ſicut nummi; juxta illud Germ: Titul koſten kein Geld, adeò ut ſi intra verborum terminos maneant, nihil in effectu aut huic detrahere honoris, aut illi largiri poſſint; & quotidie, teſte experientia, adeò excreſcant, ut jam Deus T. O. M. nullo ſingulari titulo appellari poſſit, quem non hominum ſibi ambitio arrogarit. *D. Forſtner ad Tacit. 2. Annal. 87. 2.* & Imperator Romanus, Orbis illud primarium Lumen, omnipotens ferè vocandus ſit. O curas hominum! O quantum eſt in rebus inane! *Perſ. ſat. 1. v. 1.*

CONCLUSIO. XXIV.

Cùm verò infinitæ ſint Inſignium cauſæ & occaſiones impellentes, adeò ut ridiculum ſit, ſi quis Inſignibus abſque ratione uti velit, aliaque ex Ortu ſeu origine, alia à facto quodam Heroico

& [illegible]

& inſigni orta, alia à perſonæ locive nomine, *Gallis armoiries qui chantent. v. 6. 18.* alia conditione ſeu ſtatu vitæ, (cujus magna eſt cauſa, Unde alia militum: alia agricolarum ad bellum proficiſcentium, alia nautarum ea in eligendis armis inter alia ſemper obſervata fuit ratio, ut quiſque pro ſua conditione & ſtatu ea effingat: imò conſtat, antiquos illos militaris rei peritiſſimos in eligendis ſibi armis bellica aſſumpſiſſe inſtrumenta, Caſſides, Scuta, haſtas, enſes, quo bello ſe interfuiſſe ac in eo quippiam egregii præſtitiſſe ſignificarent) Officio, Nominis Convenientia, Eventu, caſu vel alia aliqua occaſione, arbitrio ſeu dedita opera, lubitu. ingenioſa fictione, aggregatione. & aliis quæ partim ex ſuperioribus liquent, & *ſeqq.* patebunt, petita inveniantur, utplurimum eorum, teſte *D. Limn. 6. lP. 6. n. 17. ſeqq.* obſcura nobis eſſe ſolet ratio, ita ut ſi quorundam initia ignorentur, venia antiquitati, apud quam ſepulta jacet, danda, non ignorantibus etiam per ſupra dicta, eligi hodie & hactenus electa fuiſſe arma, à quibuſdam Principum conceſſione, gratiam, perſuaſionem, voluptatem; ita omnia confundit deletque vetuſtas, quæ non ſinit rem veterem pro certo affirmare. *Liv. D. 6. 1. l b. 1. cap. 3.* habente occaſionem, ſicque nulla ferè hodie inſignia, Stemmata, Schemata & ſymbola ſine ſententia inveniantur: Sicco, ut dicitur pede, cauſas, occaſiones & origines, tanquam utplurimum ignotas, in ſpecie aſſumptorum, electorum, conceſſorum, auctorum & mutatorum inſignium. *vid. tamen 6. 53. ſeq.* prætereo; & quia ad hæc obtinenda, uti ad Nobilitatem ipſam non quævis virtus ſufficiens, ſed excellens LL. vel legionibus comparata, illuſtris & Reip. & vitæ communi admodum utilis (qualis fortitudo & ſcientia) meritò requiritur, his omnibus majorem & omni exceptione præſtantiorem judico, quæ ob honeſtam aliquam occaſionem & actiones, in virtute Bellica, glorioſis factis; & Civili, conſiſtente in prudentia rectè conſulendi Reip. ſicque armis & literis fraternizantibus, Marte & arte, ſuum habentes primum fundamentum, procedit, *juxta verſ. Sunt duo qui faciunt, ut quis ſit Nobilis,* Ars Mars; *Major ab arte venit gloria, Marte minor.* Sunt illæ duæ Aquilæ ſolæ in natura rerum, hæc bellicæ laudis, illa literariæ, hæc potentiæ, illa ſapientiæ. *Scaliger Exerc. 94 ſect. 4.* An autem militia armata togatæ prævaleat, multi concertant, quibus

concertationibus poſthabitis, ego militem in rebus militaribus Doctori, Doctorem verò in civilibus militi anteponendum eſſe dicito. *cum Gail. 2. O. 118 per text. in l. 1. C. de offic. [illegible]* [illegible] verò promiſcuo ſeu indifferenti, qui promiſcuè ad literatos & milites pertinet, Literatos præferri militibus, *per tradita D. [illegible], exerc. iuſtin. 1. Qu. 7. p. m. 17. ſeq.*

CONCLUSIO. XXV

Ex virtute Sagata ſeu Heroica, Genitrice & conſervatrice illâ optimâ & fundamento omnium dignitatum, aliorumque honorum innumerabilium, ſola olim & primaria illa inſignium cauſa (quippe quæ ob bello præclarè peracta facinora, ut multa alia virtutis præmia publica, quamvis magnanimitati exuperans ex conſcientia ſit honor, & pulcherrimam ſibimet mercedem det;) [illegible] more inſtitutoque Majorum hoc inſignium decus meruit, & ſic inſignia nihil aliud ſunt, quàm præmium virtutis militaris; cujus & in argumentum ab ævo receptum, ut Nobiles, Heroes, aliique militiâ clari, & quidem ſoli, Inſignibus ſeu armis utantur. *[illegible] Rer. Auguſt. lib 4. p. 60* cùm conſtet ex militia ortum habuiſſe, ipſam Equeſtrem dignitatem ſeu Nobilitatem Gentilitiam, [illegible] illam ex cruore hoſtium & cædibus ſtrenuâ ſtrage acquiſitam, & publicis honorum inſignibus cohoneſtatam, [illegible] verò [illegible] blandimentis olim, ut hodie adeptam ſed cæſorum hoſtium ſanguine emptam fuiſſe: Hinc tot coronarum genera, tot militaria dona, & inter hæc annuli, ſtatuæ & imagines natæ. Unde omnes Nobiles, ex antiquiſſima Heroum propagine ſati, [illegible] animis ſuis probè inculcare, & in omnibus neceſſitatibus, ne ad aliquid ſuo ordini inconveniens procedant, corporis robur [illegible] Heroe & Nobili poplites, bellico potius ſudori aptare, militariumque officiorum ſe capaces reddere, cùm velle [illegible] non ſine periculo alios, *Seneca teſte,* ſtringat, & *legum* armaturam [illegible] ſeu *legionum* decore deſtitutam, fortitudine Majorum indignam [illegible] dicare, ſtabile feliciſſima imitatione *l. 14. C. de Adv. div. jud.* [illegible] toga connubium velle, & ſic militiam (in qua ſciant ſe [illegible] aſſumi & ad officia promoveri. *Tritbad d. [illegible] Dignit. num. 12.* nam plus illis habetur fidei, prudentiæ & fortitudinis, maximè ſi fœdus percutiendum, aut [illegible] paciſcendum [illegible]

militi-

Miltiadis trophæis & gloriæ fomite incenſi, Majorum tramite ipſo pergentes, optimam ſui ſtatus conſervationem intendere debent. adeò intrepidos ſe exhibentes, ut plagarum vulnerumque ictus & rictus, qui cordatos etiam milites ſæpe percellunt, neglectui prorſus habeant, idq; debeant, nec morati plurimorum cutem bene curantium effœminatorum, formidoloſorum, timidorum Haſen-Schrecker/ vano temporali lucro domi ſtudentium, Maximam hanc ſtatus martialem, nimis rigidam vocantium, juſtam neceſſitatis & ſuæ reputationis legem minimè conſiderantium murmura multivaga, garrula, quippe qui teſtudinum more domunculis infixi, caveæ unius urbeculæ &c incluſi, noſcendo ſe ipſos, ſplendorem aulæ dedignati, dotes ad benevolentiam & famam ea, tandem quandoque inſtructiſſimas, in villa quaſi defodiunt, aut feroci plebi obiiciunt, peſſimè obſervantes illud : *Alterius non ſit, qui ſuus eſſe poteſt.* Imò intelligant, legem quandam ſibi eſſe impoſitam, neceſſe eſſe, ut ſupra pluribus demonſtravi, ut Majorum præclaris geſtis ſic inſiſtant, ſplendida illorum veſtigia æmulentur, nec illuſtri illorum famæ incumbant, aut turpi otio, quod lætæ fortunæ auram ſæpè comitatur, aliiſve vanitatis ſtudiis indulgeant, ſed propriæ virtutis fulgori confidendum eſſe arbitrentur; arduam & aſperam, (perpetim animo volventes illud Poetæ : *Fortia facta Patrum Gentis cunabula noſtra*; & *Ovidii* : *Et genus & proavos & quæ non fecimus ipſi, vix ea noſtra puto.*) crebris ſentibus obviam viam, prærupto ac difficili aſcenſu, quam multæ inſidiæ & invidiæ, virtutis illi Comites, velut perpetui hoſtes, perperàm habent infeſtam, cùm animus ſolus hos omnes adverſantium conatus eludat : Odio & invidia ſis ſuperior, præcedentes rejicias, ſubſequentes remoreris, ubi ordinatus à ſe ipſo incipiens amor & ſalus in eo poſita eſt ut ſemet conſervet. delicias, voluptates, convivia & quæ iſta ſequuntur, vitiorum hydras, & comitantur illecebras libidines, amores, cupiditates; ambitionem, ſuperbiam, *commune Nobilitatis illud malum, Salluſt. Bel. Iug. c. 64.* iracundiamque fugiant, ne ut inertiſſimi abſque virtute & armis gloriâ, vel ad inſtar maximæ illius hominum partis arrogantia ſeu vanitate inebriatæ, intumeſcentes alii Nobiles, ſola ſanguinis nobilitate freti, quod ipſis deeſt à Majoribus oſtentantes, primorum virtute & induſtriâ laborioſè partum, ſcelere, parique vecordiâ

cordiâ facilius perdentes, in quibus, ſicut in ſtatua, præter nomen, inanem propè fugitivam autorum ſuorum memoriam, opinionem & titulum nihil eſt additamenti, potiùs fumoſas imagines referre, quàm veram Nobilitatem præferre dicantur. Ideò enim ſunt id quod ſunt Nobiles, i. e. noſcibiles, quibus dignitatem conciliat virtus militaris tanquam fundamentum, & generis prærogativa, tanquam tradux ejus & propago, quòd per fortia facta & virtutes, Nobilitatis animam, inculpabilemque vitam omnibus ſe notos reddere debeant.

CONCLUSIO. XXVI.

De Heroica omnium illa excellentiſſima virtute, *juxt. Saluſt. de Conjur. Catil. in proœm.* quâ ex juſta militia, ob generoſa facinora vera Nobilitas acquiritur, ſuſtentatur, (nam facilis eſt tranſitus à militia neglecta ad Nobilitatis decrementum. *Lanſ. Conſalr. p. m.* 734.) & conſervatur, *praced.* 6. dictum: jam ad togatam, virtute Civili partam, eminentiorem dignitatem habentem. *arg. l.* 7. *ibi: quos ſcientia* (parens Nobilitatis) *Nobiliſſimos facit. C. de Poſtul.* aliàs *omninò Pacius in Analyſi.* quippe non tantùm ex militari prudentia, fortitudine, animi magnitudine, propterea quòd magnum ſit & Nobilitate dignum, mortem contemnere, ac pro libertate, dignitate & ſalute omnium, vitam libenti animo & infracto pectore profundere, nec ullum patriæ periculum vitæ denegare, ſed & ex hoc Nobilitas dependet, imò quæ tantundem in Nobilitate operatur, quæ ex literarum ſtudiis hauritur, cui nec minùs quam priori, Nobilitas invigilare debet; artes enim & ſtudia, quibus Viri Nobiles aliique defenſionis ſuæ viribus confiſi, Reſpublicas lapſas erigunt, fatigatas reparent &c. non ſolùm in eo conſiſtunt, ut prœliis vulneribuſque patriam ſalvent; nec præterea ad hoc ſufficiunt [illegible] rotundam omni ſalutis publicæ curâ abjecta, ſubtiles [illegible] nugæ, fumo lucubrationum ſordentium ſpeculationes in Scholis nonnullis uſitatæ, quæ ſanè ne minimum quidem utilitatis Reip. adferunt, ſed hic adſit politica prudentia apta ad adminiſtrandam & conſervandam Rempubl. civili converſationi admodum frugalem, & quæ de illa Philoſophi docent, in uſu habere, neceſſe eſt. Nam ipſe Salvator *Matth.* 10. *verſ.* 16. diſcipulis ſuis præcepit columbinam ſimplicitatem ſerpentinâ prudentia mixtam. Nec Equeſtri Sanguini incongru-

inconcinnum, juris ac legum cognitione pretio numario non æſtimanda, nec dehoneſtandâ. *l. 1. §. 5. ff. de extraord. cognit.* pectus implere; cùm turpe ſit Patritio & Nobili jus in quo verſatur ignorare. *l. 2. §. 43. de O. I.* probè tamen, quia omnibus numeris perfectus vix ſperandus, hoc, neceſſaria tantùm inferente verſu obſervato, & Theoriam perficiente praxi.

Quid juvat innumeras, ſcire atq; evolvere leges,
Nam ſi ſervatur nulla, quid ulla valet.
Leges excreſcunt, librorum copia creſcit.
Nec novus in terris Juſtinianus erit.
Diſcamus Leges, Praxis quas ſervat & uſus,
Curia nunc Mores, nullaq; jura tenet.

Tot Heroum ductu, graviſſimoque toga & ſago militantium altiori conſideratione digniori & ditiori exemplo tot Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumque, quos juriſprudentia monſtrabiles fovit, quorum nulla temporum injuria ſplendorem obliterabit; ex quorum tàm ſtemmatis claritate, quàm glorioſâ juris notitiâ & doctrinæ Majeſtate longè altius evectorum & æſtimatorum infinitâ nube, quis exultior *Nobiliſſ. D. Wolffgango à Gemmingen, Adſeſſore Cameræ Spirenſis Celeberrimo?* Quis acutior & juſtior *Nobiliſſ. D. Iohanne Alberto à Wellwart, Supremi Iudicii Wurtembergici Præſide nunquam ſatis laudando?* aſt non ita pridem ingenti meo piorumque omnium mœrore, fato functis! Hinc duas Nobilitatis Conſervatrices, Politici, non alienis ſed propriis cernentes oculis, & ſuis audientes auribus, ponunt alas, quibus in hoc ampliſſimo mundi theatro ſeu aula univerſi Orbis, omni tempore ipſa à contemptu ſe vindicare, ubi ubi opus fuerit maſculè familiam contra omnes tueri (nam quæ non arma queunt, vincere ſcripta queunt) & è ſordibus ad excelſa honorum faſtigia eluctari poſſit, Literas nempe pretii non æſtimandi, earum verus ſi noſcatur uſus, & maximè illa ordini Equeſtri gloriam conciliantia Arma, ſeu gloria bellica, triumphis militaribus paranda. Natales ſiquidem tantùm & abſque fortunæ ſecundæ gratiâ, non ſatis, neque ſimul magnum quid poſſe, in aprico eſt, niſi per induſtriam colantur: Eques Sagum portet: ſit armorum

morum ſtudioſus gnarus & cupidus : arma amet , in armis exerceatur aſſiduè : maxima enim pars cæterarum rerum , quibus eſt ornandus , non niſi ad hoc ipſum cenſetur neceſſaria , nempe ut inde ſplendor diffulgeat major. Quarum illas non inſcitè , neque invenuſtè quiſpiam in Principibus viris gemmas , in Nobilibus (cùm haud quenquam vel meliora vel plura ſcire oportet , quàm ipſos , quotidie aſſidentes Principibus & Regibus , quorum auxilio ſubditi reguntur , & Reſp. adminiſtratur) aurum , & argentum , in privatis & plebeis plumbum eſſe dixit , quod quò altius ea ornamenta collocentur , eo magis ſpendorem , pulchritudinem utilitatemque ſuam demonſtrent & exſerant. Quam neceſſaria autem ſint Nobilibus , vel ad aulam , vel alia Mundi negotia contendentibus , ſtudia & virtutes , dum ſeſe tot acerrimis oculis ſiſtunt , & judicio curioſo tot hominum acutiſſimorum exponunt, ubi occultiſſimum quodvis non diu latet, res ipſa loquitur , & comprobant exempla plurium Nobilium , Martis & Muſarum amaſiorum,quæ apud ſimplices admirationem , tanquam Americana avis ad prodigium variegata pariunt ; quamvis non deſit magnus iſtiuſmodi hominum perverſorum , ubique divagantium numerus , qui ſtupore quodam obruti non poſſunt capere , quomodo illi , & literis & armis vacare debeant , & poſſint ,inducti rei ſanitate & nebula ignorantiæ , meliorum contemptum conciliante. Neque tamen in viro Nobili, præſertim Juvenilis ætatis , non patiente animum mollem , tàm multis ac gravibus curis onerari ; cætera ſcientiarum integra , ſed miſſis , ut dictum , Philoſophorum tricis & digladiationibus , & omnibus illis, quæ potius jocunditatis quàm neceſſitatis ſunt (præter Hiſtorias , & linguas) neceſſariarum & plurium cognitio levior,quàm unius ſoliditas profunda monſtrante optimos Auctores , quorum non infinitus numerus , fideli manuductore , requiritur , quoniam nimis brevis eſt vitæ curſus ut ad perfectionem etiam minimæ alicujus perveniamus , ex omnibus illis quæ proponuntur. Qui verò unius rei tantùm eſt gnarus, longe ſæpiſſimè cogitur ſilentio indulgere ; & omnes non poſſunt eſſe , ut Nerva , qui de jure 17. ætatis anno reſpondiſſe fertur. *l.1. §.3. ff. De poſtul. & Celſus.l.91.§.3.ff.d.V.O.*

CONCLU-

Concluſio. XXVII.

Utraque tàm militaris quàm togata , quamvis veteres Nobilitatis inſignia non niſi virtute bellica clariſſimis tribuebant, (inquam) ſi ſtrenuè detur alterutri opera, Nobilitatem ejuſque inſignia ſufficienter meretur : & hâc poſtremâ, ob fulgidum ſcientiæ ſplendorem , & alia virtutum ornamenta, *tacitè* id eſt legis- *vel expreſsè* Principis beneficio , Nobilis quis effici videtur , & ejus privilegia conſequi ; Tacitè ſeu per conſequentiam, quando is , qui jus Nobilitandi habet , ſine creatione ſolenni , vel collatione diplomatum , de ſua dignitate participare , & lateri ſuo adhærere ſinit. *l. 1. C. d. Præpoſ. lab.* quod fit per indirectum (1) ſi Princeps aliquem tàm Cancellarium & Conſiliarium ſui Palatii adſumit ; qui ob Herculeos labores dignam ſuæ prærogativæ debent habere fortunam. *l. fin. C. d. quadr. præſcript. P. O. de anno 77. t. 11. § 1. P. O. d. ao. 30. §* Und wo einer *ibi* : Und ſo einer eines Fürſten Cantzler oder Rath. inter quos autem Conſiliarios omnes meritò ſupremi ſunt illi, qui aulico Conſilio Cæſaris Kayſerlichen Reichs-HofRath/vel Cameræ Imp. præſunt ; de quorum privilegiis eximiis *v.* verneuerte Reichs-HofRaths- und Cammergerichts Ordnung. Ob quam ipſorum dignitatem credo eſſe , quod hodie in Aula Cæſarea hi Conſiliarii illuſtres ſtatim ad altiorem evehantur conditionem , & quidem ex Nobilibus Barones , ex Dd. & aliis Literatis tanto Conſiliariatu dignis , Nobiles per diplomata coactè quaſi ob præcedentiam, *de qua v. Capit. Leop. art. 43.* titillantem , efficiantur (2) ſi Princeps Doctoratus vel Licentiatus alicui , vel ipſe , vel per Collegium , conferat honores Dd enim Theologiæ ob Nobiliſſimum objectum, & medicinæ propter neceſſitaté, licet plus ſalutis unius conſilium maturum adferat quàm centum purgationes de Rhabarbara, quin Dd. & Licentiatis LL. promotis *per l. Medicos ibiq. Dd C. d. Profeſſ. & Med.* quoad immunitates ſint comparati . & proinde iiſdem ac JCti cum Nobilibus expreſsè Nobilitatis gaudeant privilegiis nullus dubito , *cum M. Steph. d. Iurid. l. 2. p. 1. c. 7.* portantes inſignia mit einem offenen Helm / teſtante experientia *v.* 0 *37.* (3) ſi quis ab aliquo voluntatem & poteſtatem (conjunctim non ſeparatim requiſita illa ad cujuslibet actus perfectionem) Nobilitandi habente, de Nobili quodam feudo in ſymbolum conceſſæ Nobilitatis inveſtiatur.

Vultei. l. F 8. n. 6. v. 8. 60 n. 12. Expreſsè autem Principis beneficio, quando verbis ſolennibus & collatione diplomatum *l. 3. §. 1. ff. ubi ſenat. vel clariſſ. ibique Dd. l. 3. l. ult. C. d. Conſul. 12. 3.* quales ſunt e. g. illi qui Equeſtri dignitate &c. ornantur à Principe: wan einer wegen ſeiner tugenden vnd tapfern thaten in Kriegen zum Ritter geſchlagen wird. *arg. l. 2. C. d. primic. l. fin. C. d. Equeſt. dignit.* verum enim requiſitum Germ: Daß keiner ſoll zum Ritter geſchlagen werden/ er ſey dan von ſeinen vier Ahnen Edel vnd waffenmäſſig [illegible] alſem non ſemper obſervatur, *Limn. 6. IP. 2. num. 9.* ita ut pluribus bene conſuleretur, ſi cum ictu Equeſtri cenſum quoque acciperent Equeſtrem. Qui diplomatum modus hodie frequentiſſimus, ita ut nemo verè nobilis cenſeatur, quem non ad hunc ſummus Princeps evexerit gradum.

CONCLUSIO. XXVIII.

Quùm verba autem non ſufficiant, ubi facto opus eſt, *Stultitia ſedendo aut votis aut verbis debellari credere poſſe hoſtem, ſed armari copias oportet, deducendas in æquum, ut vir cum viro congrediatur, dicente Minutio ap. Liv. dec. 3. lib. 1. cap. 44. & lib. 2. c. 14.* & omninò audiendus ſit *Marius, apud Salluſt. Bel. Iug. c. 85. qui id ſibi ducit palmarium, non quod in Scholis palluiſſet, & Magiſtri ferulas timuiſſet, ſed, quæ verbis ibi ornantur, militando edoctus fuerit, hoſtem ferire, præſidia agitare, nihil metuere, niſi turpem famam, hyemem & æſtatem juxta pati, eodem tempore famem tolerare & laborem*; ac ideo deriſit ſolorum inſignium jactatores, non tamen conſervatores, à viris fortitudinis propriæ teſtimonio excellentibus, ut à *Sertorio* Romanorum Ducum haud infimo factum referunt Hiſtorici, qui, cum bello quodam adhuc privatus oculum amiſiſſet, non ſolum id infortunium fortiter tulit, ſed gloriari etiam ſolitus eſt, quod cæteri viri fortes, ſua virtutis inſignia, torques, haſtas, coronas domi relinquerent, ipſe ſua haberet ubique decora. Deo, præter alia infinita præmia, & hæc virtutis inſignia [illegible] olim conſequenda & conſecuta: *Non enim minor eſt virtus quam quærere parta tueri.* cum dignitate ipſa fortitudine Majorum acquiſita, tuenda propria virtute & conſervanda, ac ab oblivione ſilentioque vindicanda, veris militibus & omnibus verè Nobilibus ad præſtandum, uti plebeii ad plebejorum vitâ aptos labores, multis ſpeciebus con-

ceſſit

ceſſis excelſioribus, multis hebetioribus à natura creatis, maximè temporum injuriâ novercaque fortuna inter Saxum & malleum conſtitutis, vel aliam ſatisfactionem habentibus nullam, *juxta Evang. Laborare nolentibus, mendicare erubeſcentibus*, & rectè ideò nullum, præter hoc ex lex neceſſitatis, *juxta illud: Bellum cogit neceſſitas: pacem optat voluntas. C. noli. 23. q. 1.* aliud remedium domi exiſtente curta ſuppellectili quâ ſplendor Nobilitatis dem Stand gemäß propagari minimè poteſt, habentibus, neceſſe, piis & fortibus viris eſſe, terſiſſimum & ad quævis paratum pectus habere, omnibusque inter victoriam mortemve generoſo animo certa deſperatione magnanimiter abruptis, aut vincere, aut ſi fortuna dubitabit, in prælio potiùs glorioſam, quàm in fuga mortem indecoram oppetere, animosè nihil planè curare, diutinos armorum ſtrepitus, telorum procellas, jaculorumque Nimbos Cælum ibi terræ miſcentes: nam fortitudo circa maxima pericula requirit cor intrepidum (niſi tamen hoc fundamentum prudentia & dexteritate nitatur, difficulter eam exiſtimationem quæras, quâ arbitros meritorum tuos facias: Omnia audentem hoſtes contemnunt: nihil temerè agentem metuunt) & firmum propoſitum vel millies mortem oppetendi, quàm in ullam vecordiam conſentiendi: cùm melius ſit ſtatim perire cum honeſtate quàm lente cum dedecore; ubi in acie honoris & rerum, gerendarum uti in conjugio, non bis licet peccare, aliàs fama naufragium patitur. *Tacit. 13. 35. 7. & 3. 34. 7.* non fugit generoſum pectus mortem, quando vivere amplius honeſtum non eſt, & mori neceſſe eſt, ſed mori tamen Nobiliter anhelat, non citra defenſionem ſui, ne ſuæ mortis autor ſit. *ait. Limn. 6. IP. 6. n. 47.* Et ſic ſic Cordatiſſimi Hectores, fortiſſimi Achilles, Prudentiſſimi Catones, Piiſſimi Joſiæ, fidiſſimi & Juſtiſſimi Ariſtides! invicti animi gloria inde aſportanda: Conſervatio ſtatus, cujus honorum & dignitatum deminutione Heroes animi, conſervandi nominis & familiæ ſuæ natutali impulſu illi ambitioſi generoſi & Nobiles ſpiritus, hunc theſaurum inæſtimabilem omni lucro cunctisque rebus, imò ipſi vitæ rectè *ſecundum Iura vulgata* præferentes, nihil magis ægre ferunt: aut vita libera, aut mors glorioſa expetenda eſt. *& juxta illud Scaligeri: aut morte Majorum illuſtris gloria reſtauranda; aut vitâ fortuna ſuperanda.* Sintque exemplo Nobiles illi

ſuperiores, id eſt Principes, Comites, Barones, hoc ſtatus axioma probè obſervantes; perpetuo virtutis Heroicæ quaſi innatæ motu agitati, ad vera militiæ caſtra, quorum diſciplina charitate parentum & liberorum olim antiquior fuit *l. 19. § filius 7. d capt & poſtl.* nec in caſu ſc. cauſæ Juſtitiæ conſcientiam ſalvam, ubi ſibi & Reip. aliter conſuli non poteſt, conſervantis, Jure divino, quo teſtatur aliquando bellare neceſſum eſſe non quidem abſoluta neceſſitate, ſed conſequentiæ, *v Ames de Conſc. p. m. 350. & ſeq.* nec naturali. *c. dominus noſter 23. q. 2.* nec LL. Gentium *v. Grot. de I. B. & P.* prohibita, eo fine ſe conferentes: Exprobrata militia creditur, *Caſſiodoro teſte*, quæ irremunerata tranſitur: non vano militiæ nomine inania tantùm lucra, maculæ & vibices generoſi Martis, ſed gloria imprimis ſectanda. *arg l. 9. C d. Cohortal. 12 58.* Milites magis horridi eſſe debent ſeu bene armati: neque tam Cœlatum auro argentoque quàm ferro & armis fretum laudari. *è Livio. Lipſius 5. Pol. 13. n. 62. Curt. 3. 3 f.* teſtatur & tales qui animum erectum, gladium Marti conſecratum, brachium ictui paratum, truncatos militum artus, aut pela oſſibus immerſa, vel terrifica tormentorum fulmina (quæ Muros à Caſtris ſœpe divelluut) ullasve pavidorum diſſuaſiones, aut innumeras rationes, comitantes conditionem, ut videtur [illegible] moleſtam, ſponte occurrentes, à quibus homo, fortunæ ancipitis ignarus, abſterreatur à veſtibulo, non morantes, vel citatim nuper celebrandos & promovendos eſſe, doctrinæ eſt Politicæ [illegible], miſſis ambagibus, & nulla difficultate etiam ſalebroſiſſima animum deterrente, vel metum uſquam incutiente, ſub Dio inter Commilitones, frigora perferentes, pluvias ſuſcipientes, rorarios inter velitantes conflictus quærentes, Prælia exoptantes, fortunamque inter dubia, virtutem certis annumerantes, nec familiæ, quod delicatulis [illegible] illis infantibus qui liberiorem feriè vix poſſunt [illegible], quandoque contingit, à Ducibus quicquam indulgere, ſed per munia bellica, eorumque rudimenta gradatim promoveri deſiderantes. Miſerabile autem eſt & flebile bellum, ubi Bellonæ via [illegible] male dicitur, uti victoriæ veri & deſiderii incompotes, fugiunt, teſtante praxi, garciferi, triobolares illi tyrones & thraſones [illegible] Bapfen [illegible] cogendi ingruente bello præter ſpem [illegible], atque ita ambitionis ſuæ pœnas dare, quorum aures, [illegible]

[illegible]

tubarum clangorem & tympanorum tormentorumque tonitrua vix circumſonuere, & tamen, cùm ſic vix obliquis oculis cum ſervo Amphitruonis, Martem aſpexerunt, poſtliminium cogitant, domumque reverſi omnia mentiuntur, de nihilo magna: de parvo maxima fingunt, ne qua in parte Pyrgopolinici diſſimiles appareant, omnis eſt ipſis ſermo de demonſtrationibus Caſtrenſibus, de ducendis Copiis, de inſtruenda acie; adeò ut ſi vocabula militis & pugilis ſequeſtrò deponas, ad incitas facilè redigas, ut tandem ſalutem in verbis honeſtatis, quibus tument, inveniant, O milites ex Plauto glorioſi ante victoriam agentes triumphum, ſed non ſpectandum quid Romæ *l. 12. d. off. Præſid.* nec quid Neapoli fiat. *arg. c. gaudemus. ext. de divort.* O Heroica ſoboles! quæ ipſi de virtute diffideret, niſi frontem caperaret, os inflaret & diſtorqueret, ferociam & riſum ſexcentis modis propinaret ad terriculamentum, ac ſi miſella illa Majorum Gentium cohors, quod ſibi habet perſuaſum, omnium oculos in ſe convertat, animos in metum & admirationem det. At pulcherrima hæc virgo inter Leporino corde præditos, paucos inveniet procos: quibus perpetuum gloriæ ſilentium ex L. quaſi diffamari injunctum.

Conclusio. XXIX.

Ut ut ſit: tamen ſi quis putet culmen fortunæ rotantis ſeſe ſtatim obtenturum, nec ullam remoram paſſurum, aut vim omnem evitaturum, is ſe nimis præbuerit deridendnm quaſi extra oleas & rationem evagatus: quæ omnia exempla Majorum, affectus & deſiderium gloriæ (cum qua divitiæ & alia mandana interitura collata, nullum momentum merentur) & communedictum: Deos bona ſua laboribus vendere, *v. l. 14. C. d. re milit. 12. 36 l. 1. C. de agent. in rebus 12. 20. l. 1. & 2. C. d. off. Magiſt. off.* vincit intrepido animo. Nec ideo à metuentibus ne Cœlum ruat reprehendendi, quòd hæc res adeò difficilis ſit tractatu, ut pleriquè Juvenes (ab anno tamen 17. idonei ad militiam & Remp. à populo Romano jam olim conſcripti *teſte D. Limn. 8. IP. 6. num. 92.* & ut teſtatur experientia, & à Rep. Helvetica eodem ætatis anno digni judicati, qui gravioribus laboribus occupari conſueſcant, & ad omnes caſus fortuitos ſint parati) vel peritiâ rerum, *juxta prov. Dulce bellum inexpertu*, deſtituti, vel ardore in tranſverſum acti, adultiores etiam, aut ſenſu meliore

vacui

10 A

vacui, aut obſtinati, hac via in peniciem ruant. Obſtrepentibus ſolâ oris buccina naſoquè Rhinocerotis, Satius eſſe incognita virtute gaudere, quàm pompam & tot vitæ pericula ſuſtinere, [illegible] eſſe quàm cum diſpendio fortunarum, vitæ & famæ, negotiis [illegible] matrimonium, inſuſurrato vano & abſurdo illo dicto: Pauperibus, amore ſcientiæ, de divitibus factis ab uxore divite param Scholiſticam certò certius ſolutam iri, ein Reiche Schwöher [illegible] alles wider. O vanitatis ſomnia! ad inſtar ruſticorum, liberos quaſi venales conficientium, eſſe contrahendum. Aſt; ubi ſunt divitiæ ibi & ſequitur ſicut venator leporem & Canis [illegible] feræ, malorum & calamitatum illud extremum uxorum Imperium *Ecclef. 25. v. 30.* contra jus divinum, quo expreſſe [illegible] præter colum, penſum & fuſum, ipſis eſt ſurreptum *Gen. 3. [illegible] Tim. 2. v. 12. ſeq. 1. Cor. 14. vſ. 34. Epheſ. 5. 22.* adjecta vindicta divina [illegible] *11. & 12.* præceptum, ut ſine ulla additâ diſtinctione ipſa propter virum & adjumentum viri & ex viro condita. *Gen. 2. 1. Cor. [illegible]* pars mariti. *Matth. 19. v. 5.* ejus caro. *Ephes. 5. v. 2[illegible]* ad [illegible] mariti ſeſe componat & accomodet. *1. Cor. 7. Prov. 31.* ſine ejus conſenſu nihil agat. *Num. 30. v. 7. 8. Eccl. 25. v. 34.* [illegible] caput (in rebus omnibus conjugii & familiæ *v. Grot. d. B. [illegible]*) uxor mariti corpus *c. Manifeſtum. & c. cum caput. cauſ. [illegible] 5.* ſtatutum *in cap. quæcunque diſt. 30.* ipſis comam eſſe nutriendam, ut ſignum ſubjectionis, & minimè amputandam, ut haberent mariti aliquid quo mares hos occaſionatos, uxores tales & [illegible] illas Lapſus Adami & interitus totius generis humani [illegible] *Gen. 3. v. 6. Eccl. 25. v. 33.* Scorpiones ut vocet ipſas *[illegible]* homines (ratione materiæ ex qua, [illegible] i.e. ab humo [illegible] JCtos ut JCtos *Cuja[illegible] 6. O. 21. per l. 38. § quæ abortionis [illegible]: [illegible]* *pœn.* utpote tantum venientes ex coſta Adami *[illegible]* *num. 28. ff. d. V. S. & ubi num. 31. & ſeqq.* contra C[illegible] plurimis [illegible] dit. *Limn. 2. IP. 2. num. 12. ſeqq.* traherent & ligarent. *[illegible]* *Connub. pag. 43.* expreſſum. *Eccleſ. 25. v. 6.* melius eſſe commorari cum leone, quàm cum fœmina nequam: [illegible] *Prov. 2[illegible]* melius eſſe ſedere in pinna tecti aut vivere in terra deſerta, quàm [illegible] litigioſa habitare. ubi Bonitas [illegible] *rara [illegible] in terris, [illegible] ma cygno.* ubi alia innumera incommoda & moleſtiæ [illegible]

[illegible]

ſentit quâ parte calceus ſtringat niſi qui eum induit: ita nemo novit ingenia mulierculàrum, niſi uxorem qui malam duxerit; conſulantur experti Roberti cum ſuis Cicatricibus. Quibus optimè illud quadrat: *uxorem duxi libertatem & Imperium vendidi: Adamum, Simſonem, David ut & ſalomonem. Fœmina decepit quis modo tutus erit?* & illud *Poëtæ. Namque dies totos, totasque ex ordine noctes. Litibus &c. oppugnat, meq́; meumq́; larem*; idque etiam contra expreſſa jura; quæ ſtatuunt biduo vel triduo orationibus vacandum, & caſtitatem cum marito eſſe cuſtodiendam *cap. 1. cauſ. 30. q. 5.* derogante tamen cum paria ſint non habere maritum & habere inutilem. *gl. in l. plagiaris C. ad L. Fab. de plag.* ut dictum, contraria etiam ante matrimonium virginitatem præſertim virginis pulchræ, quæ nunquam ſe forſan meminit virginem; formoſitas etſi res vana. *Prov. 31. v. 30.* & deformitas non æſtimanda, *l. fin. de his qui effuderint L. fœdiſſima 7. C. de poſtlim. reverſ.* ſæpiùs interficiente conſuetudine; quâ contra *l. 105. d. Solut.* prohibentem, creditorem ſtatim cum ſacco venire paratum; & beneficium competentiæ tributum maritis *in l. 20. ibi: ex aliis quoque contractibus ab uxore conventus in quantum facere poteſt, condemnandus eſt. ff. d. re jud.* diligentiſſimè ab initio inſatiabiliter *juxta Prov. 30. 16.* obſervant. *cap. 1. ibi: redde uxori debitum & ſi non exigit, redde. cauſ. 33. q. 5. &c.* N. O. verba obſoleta. *l. 41. pr. ff. d. leg. 3. l. 19. §. 1. ff. d. ann. legat.* ubi uxores ſanctiſſimæ Dominæ vocantur: nec *Nov. 162. c. 3. in fin. ibi: oportet n. ipſam dignari majori ſtudio, ut quæ & parturierit & pepererit & nutrierit ſupra eum qui voluptatis ſuperfluum pueri fecerit originem.* Momentaneum quippe hoc puerperii periculum hic non attendendum, quia ad hoc ipſas ſub tecto ut viros ſub Dio agentes Natura præcipuè progenuit. *l. 14. §. 1. ff. de Ædil. Edict.* ideo meliùs ſolitudinem colere, quàm infauſto uti matrimonio, eſſe, quis non videt, niſi talpâ cæcior.

Conclusio. XXX.

Quid verò ingenio ſapientis indignius, quàm ſuam rationem ſine ratione, alienæ, facultatem virtutis & gloriæ Majorum illibatæ conſervandæ eripienti, neſcienti, quâ parte Calceus ſtringat, ſubjicere, gloriæ & magnificentiæ ſplendore ferè ſemper & in totum hebetatæ. O felix qui ad majora hunc impetum

dedit, felix cui dat prima animi intentio, quicquid aliis præſtat longa cogitatio. Ponent ſe, excelſi magnarum rerum ſpecies ad ſe vocantis ingenii illi viri, quos humilia non delectant & ſordida, extra jus ditionemque fortunæ: ſecunda temperabunt: adverſa comminuent, aliis admiranda deſpicient. Exſpectent voluptatibus vanoque fluxo atque fragili lucro dediti & mollitia fracti, per torpidum otium corporis, obſcuram & ignobilem ſenectutem: Nos illis, quibus omnis ſpes decollavit, eam vivendi rationem inſtituentibus, ut quotidie extremum diem vivant & ſortem adorent, cum bonæ ſpei per induſtriam vota facere non auſint, vellera maculoſa non ſiccabimus, ſed cum omnibus illis, ab inſignibus exemplis ad æmulationem ſtimulatis, quibus virtus cordi & melior ſol atram caliginem ab animi oculis deterſit. ad majora vela pandemus, & ut loquitur *Salluſt. Bel. Cat. c. 1. ſumma ope* ut omnes quidem deceret homines, *niti volumus*, *ne vitam ſilentio tranſigamus veluti pecora*, per veræ virtutis primi meritò illius omnium actionum & cogitationum objecti & ultimi ſcopi, æterni illius depoſiti omnes injurias deſpicientis, & cujus hæc ſumma dignitas, ut & vitio ſit admirationi, reverentiamque ſui etiam animabus improbis imprimat, cultum, ad præclara facta laudabilemque vitam animos dirigamus, ut veræ Nobilitatis cultores, famam & gloriam (non autem arrogantiam ſ. vanitatem, quâ maxima pars hominum inebriatur & torquetur, ut etiam uſum rationis diſperdat) poſt mortem nanciſcamur. Præter quos temporum teſtes, rerum buccinatores & præcones, nullam virtus in hoc Mundi Mari procelloſo aliam Mercedem, laborum periculorumque deſiderat: Quâ gloriâ detracta quid eſt, quod in hoc tàm exiguo vitæ calamitoſæ curriculo, & tàm brevi, tantis nos in Herculeis laboribus exerceamus? Licet Tyrannico fortunæ Imperio, fato, non virtute aut fervore, multi videantur victi; Sanè acceptam Deo ferimus vitam, quam & ſuæ omnipentiæ, & generi humano, & familiæ (cujus conſervationem & augmentum quilibet deſiderare præſumitur, maximè verò Nobiles, *ut dixi ſupra*) & poſteritati, nobismet ipſis domeſticisque, debemus, dum iis nati ſumus, tribuentes unicuique quod ſuum eſt, modò id legitimâ viâ & ratione fiat. Patriæ (inquam) cui plus tribuendum quàm parentibus. *l. 35. ff.*

l. 35. ff. de relig. & ſumpt. fun. & pro cujus charitate nec orbis terrarum divitiæ, *laudatiſſimo Epaminondæ exemplo, de quo Cornel Nep. xv. 4. 2.* accipiendæ ſunt; Nam & huic nati ſumus. *l. 1. § 15 ff. d. vent. in poſſ. mitt. l. 19. §. filius. 7. ff. de Captiv. & poſtlim. reverſ.* Et is videtur, ſe ex omni parte commodum præſtitiſſe, cujus ſtudium magnis in rebus erga ipſam proſpectum fuerit; Inde defendentibus patriam præter temporalia inde provenientia præmia, locus in Cœlo deſtinatus dicitur; nihilque æquius quàm ut optimè de Rep. meriti excellentibus factis inſignes præ aliis honorentur: nec enim in peregrinatione ſed in Patria: non in curſu ſed in termino: non in pugna ſed in victoria præmium & corona reperitur. Nam vita quæ fato debetur pro ſalute patriæ potiſſimum ſolvatur. *Cicer. ad Herenn.* & juxta illud *Horatii 3. Od. 2* Dulce & decorum pro patria mori. Marcus Curtius in æternum vivit pietatis in patriam exemplum abſque exemplo; Vivunt & fratres Philœni ut ut deleta ſit Carthaginis memoria; Juvenili ardore plena erat pietas, quâ dilatandorum finium cauſa, ſua ſponte injuſſu ſuperiorum vivi defodiebantur; Vivunt & adhuc alii affectu in patriam ſatis ſuperque abundantes, ita ut ſine jactantia etiam ſint parati, ſi Reip. interſit, quicquid ſpiritus & vocis & virium à Deo datum, omne id in illius ſalute, incolumitate & laudibus non occupare modò, ſed ſi res poſcat, etiam abſumere. Pleniſſimæ talium exemplorum Hiſtoriæ, quæ illuſtres illos Heroas ſideribus inſerunt, & diffuſo illos calamo tuentur, quippe qui pro patria Rep. ceciderunt in perpetuum per gloriam vivere, *in fin. pr. I. de excuſ. tut.* Intelliguntur, non mortem ſed immortalitatem *juxta Cicer. pro Planc.* conſecuti.

Conclusio. XXXI.

Inſignia concedi ſolita mihi alia ſunt gentilitia; alia perſonalia: Hæc cùm de iis non ſit inſtituta præſens tractatio, ſilentio de induſtria involvens, perfunctoriè tamen majoris dilucidationis gratia, hæc noto: Ea ob certum aliquod munus, vel dignitatem & præeminentiam perſonæ, quæ illi muneri præeſt, vel eâ dignitate prædita, utplurimùm concedi, & cum poteſtate, libertate, dignitate ipſa, munere ſ functione extincta vel amiſſa (prout propter delicta aliquibus in locis Nobiles & Dd. cingulo

privari *ex Claro notat D. Reink. 3. cl. 2. c. 2. num. 11.*) amitti. *per tradita D.* Schütz. *C. I.P. d. St. R. R. vol. 1. diſp. 8. th. 15. lit. A.* Talia olim legatorum Romanorum in ſignum ſecuritatis erant ſagmina ſ. herbæ, Græcorum Ceryciæ. *l. 8. §. 1. ff. d. R. D.* faſces proconſulum *l. 1. l. 14. d. off. proconſ. Goth. ad l. 1. §. 5. verb. inſignia. ff. d. poſtul. Gloſſ. in l. 2. verb. inſignib. ff. de hiqui not. infam.* hodie Cardinalium mitra rubea &c. Epiſcoporum mitra Baculus & ; Crux & pallium Archi-Epiſcoporum. *Nolden. d ſtat. Nobil. Civil. eorumque privilegiis. c. 15. §. 3.* quæ publicè deputata reverenda magis quam propria auctoritate aſſumenda *l. 1. §. 6. ff d. poſtul.* ut omnia privilegia perſonalia, cum perſona extinguuntur, *per vulgata Dd. in l. privilegia. 196. d. R. I. l. 4. §. 3. d. Cenſib.* quamvis tamen & hæc (ubi munera hæreditaria facta, vel liberi in memoriam à parentibus geſti muneris iſthæc propria ſibi reddiderunt. uti g.e. ipſa dignitas Electoralis & officia Erbämbter ipſi indiſſolubili nexu hodie adhærentia. *Capit. art. 46.*) aliquando hæreditaria facta videantur. *D. Limn. 6. IP. 6. num. 15.* ubi etiam *num. 19. & lib. 3. c. 9. num. 19.* Electores ſeculares inſignia Electoralia (quæ in ſignum Majeſtatis Imperatori in Electione & Coronatione præferunt *A. B. c. 25.* ut ſunt: Imperiale diadema ſeu Corona Caroli M. ex puro puto auro, ita tamen ut in ea veterum laudabilis parcitas ſatis eluceat, fabrefacta, quæ Aquisgrani regulariter imponenda *A. B. d. c. 25. argum. Cap. art 37.* licet in nuperrima Coronatione Divi Leopoldi ſacratiſſimi Romanorum Imperatoris à Civitate Imperiali Norimbergâ ſingulari cum Comitatu Francofurtum adducta, à Colonienſi Electore fuerit impoſita. Gladius. Sceptrum. Pomum aureum crucigerum, *de quibus v. Limn. 2. IP. 4 & 7. IP. 35. num. 13. Speidel. verb.* Reichs Apfel.) Gentilitiis junxiſſe, præter experientiam ipſam. *v. P. O. art. 4.* Fridens-*Executions*-Haubt-*Receſſ.* §. Geſtalt es dann auch. teſtatur.

CONCLUSIO. XXXII.

Notanter autem dico, *quæ concedi ſolent*: nam ſunt aliàs etiam inſignia, quæ ratione dignitatis ſupremæ vel etiam univerſitatis, quæ myſticam perſonam vel corpus intellectuale repræſentat, uti ratione Imperii Romani Imperatoris, familiam quà talis *argum. Capit.* non conſtituentis, glorioſa Germanæ Monar-

464

Monarchiæ originem abundè edocentia inſignia zeichen Kayſerlicher ehr / Königliche zier vulgò Clinodia, Aquila biceps nigra in Campo aureo (quem nullus alius Rex Princepſve eo invito facile defert) Regumque Romanorum, *teſte Nolden. d. l §. 4. Otto. IP. p. m. 523. v. Limn. 1. IP. 14.* Aquila ſimplex; in Pontifice claves; in Rege Franciæ tria Lilia in campo aureo; prout hodie conſpiciuntur à Car. VI. ad hunc numerum redacta. *Limn. 6. IR. 6. num. 32. ſeqq.* Licet eadem ob prætenſionem in Regnum Galliæ etiam hodie adhuc ſibi conſervet Rex Angliæ. Sed hæc nulli alii concedi ſolent. Hinc Quæritur: An à ſucceſſore Principe &c. alii vel in parte vel in toto communicari poſſint? per experientiam Reſp ut ſc. inſignia communicari queant, conſuetudine quidem invaluiſſe, non tamen ut in totum & privativè in præjudicium Regni, & contra honorem Regis vel Principis, alienentur, vel auguſta Sacratiſſimaque ipſorum inſignia nimis latè vulgentur; contra quod hodie tamen in eo peccatur, ut qui nunc in Nobilitatis ordinem novi adſciſcuntur, unum aliquod animal adſcriptum habuiſſe haud contenti, duas ſæpe Aquilas, vel duos Leones, Regias feras, aveſque nonnunquam plures tàm facile impetrent, quàm vanè ſtolideque poſcunt. Quorum tamen fatuitatem meritò obumbrare dicuntur eorum ineptiæ plurimum ridendæ, qui veræ Nobilitatis ejuſque inſignium antiquitatem ignorantes, veterum heroum clypeos imitantes, uni eidemque ſcuto multitudine rerum ac varietate miſerè laboratuto vetuſtis ſimilia impingunt.

Concluoi. XXXIII.

Adjeci quoque: *ſed hæc nulli alii concedi ſolent*: licet enim ab Impp. inſignia concedendi poteſtas plerumque detur aliis, illa tamen ad [illegible]mitata eſt, ne alicui integram Aquilam, maximè verò Imperialem. aut coronam Regiam in galea vel galeam torneariam apertam, aut avita quorumvis Principum Comitum Baronum & Procerum arma ſ. inſignia largiantur. *D. Limn. 1. IP. 14. num. 32. & 6. IP. 6. num. 30.* Quare cum loco peculiaris cujuſdam gratiæ & rari favoris agnoſcendum ſit, ſi Princeps partem ſuorum inſignium alicui conceſſerit. *Preher. in not. ad P. d. And. c. 14. verſ. ex conceſſione Principis fol. 190. Speidel. Notab. p. 1346.* vel etiam conjectura aut veritate ipſa apparere poſſit, magno in honore fuiſſe

Impp. totum Equeſtrem Imperii ordinem immediatum, dum ſingulis ipſius Cantonibus (collegialiter enim ſumptus hic ordo laudatiſſimus clypeum & vexillum S. Georgii habet) præter generoſam libertatem, Aquilam nigram dimidiatam, particulare cujuſque partis ſ. ut vocantur Ritter-Orts oder Viertels in pectore geſtantem ſymbolum ſeu ſignum loco armorum portandi facultatem permiſerint, eà procul dubio ex cauſa, quod illi ipſius Ritter vnd Edle Knechte / ſub illo nimirum fortiter & ſtrenuè, vitam omnesque fortunas ſuas, ipſius poſtponentes commodis, Ipſis igitur omnes boni favere debent, malos quis curat, quia ſunt id in Rep. quod flores in pratis) pro libertate & Patria pugnarint. Poſt Principes Magiſtratuſve enim omnium Nobilium eſt (primas quorum in opinione actiones fortitudinis obtinent, cumque per naturam ſit Nobilitas bellicoſa, armis tractandis unicè aſſueta, nomen eſt adepta, quod pene omnes virtutis partes exhaurit) & eorum imprimis curæ ſubjacet, qui iis artibus inſtructi, quibus Reſp. *juxta illud Plutarchi ad Trajan. lib. d. Doctrina Principum. manus & pedes ſunt Equites & Nobiles qui hoſtem reprimunt*; defendi conſervarique poteſt. Unde hodie Germanis communiter, *teſte. D.* Treißbach *d. tr. p. 219. & ſeqq. per ibi rel.* Nobiles dicuntur ab Adler (daß ſie zum Adler gehören / jhne mit dem Schwert vertheidigen vnd handhaben helffen. *D.* Schütz. *vol. 1. IP. D. 9. θ. 1. lit. E. Speidel. verb.* Adel.) ſeu Aquila, ſub cujus ſigno Impp. fideliſſimè militarunt; quæ uti volatu ſuo altiùs penetrando omnes aves longo poſt ſe intervallo relinquit, ſignum militare apud Romanos fuit: ita maximè virtutum & præſertim belli gloria rerumque optimè geſtarum laude & celebritate, aliis Longè antecellant; quippe qui prout obſervavit uſus, non ſolùm agnationis ſuæ inſignia ad familiam demonſtrandam retinent, atque ad poſteritatem per ſucceſſionem Gentilitiam propagant & tranſmittunt, ſed & præcipuè ob bella, & ut ea ipſius tempore militaribus vexillis clypeisque inſerant. *Vultej. 1. IP. R. 6. n. 29.* Hinc erfert. *Gail. 2. de P. P. 2. num. 19.* aliquando Nobili utroque oculo ex vulnere inſidioſè orbato, in Cam. Imp. multa millia pro militaribus officiis, quibus poſtea cariturus erat, per ſententiam fuiſſe adjudicata. Ordinem Nobilium militiæ ergò habere oportet: quà etiam de cauſa militum nomen

per

per excellentiam in feudalibus conſuetudinibus pro Nobili uſurpatur. *Beſold. d. Jur. Ordin. Civ. diſſert. 2. c. 9. num. 7. t. t. d. vaſall. milit. 2. F. 21. & ibi Feudiſt* ; eo quod Nobilium proprium ſit pro patria militare. Et inde qui Nobiles ſunt antiquitus milites (tales & vaſalli hodie cum ſint eo ipſo ſemper promptos cum armis ſuis eſſe debere conſtat. *Curtil. de Nobil. p. 3. num. 58.* quibus ideo feuda dabantur. *Beſ. 1. Pol. 7. θ. 3. verſ. 2.* iique arma bellica deponentes conditionem vaſallaticam exuere velle dicuntur. *t. t. d. Vaſall. milit. q. arm. bell. depoſ. 2. F. 21.*) modò etiam Equites ferè ab Equeſtri militia, cui ſunt obnoxii à latinè loquentibus & Scribentibus appellantur ; ſiquidem patet, ante vel circiter annos 200. ſolos in Germaniâ & Italia Nobiles militaſſe & ſolo ferè equitatu omnem conſtitiſſe eorum exercitum. *D. Lanſius. d. Ord Equeſt. θ. 1. in fin.* imò ut teſtatur praxis, etiamnum periclitanti ſuperiori *ratione feudorum* equis & armis ſuccurrere Lehen Dienſt zu leiſten / teneri. *P. Bell. d. re milit. part 2. tit. 3. v D. Knipſchilt. d. obligatione Vaſalli erga Dnum.* ſuo tamen in Jure feudali, feudi traditione, inveſtitnris & conſuetudinibus Regionum præſcripto modo. *v. Peretz. in C. de quibus muner. lib. 10. tit. 48. num. 7. & 8. & paſſim. Feudiſtas.* Adeo autem Nobilium proprium jus fuiſſe arma geſtare & iis uti, tradunt nonnulli, ut inter præcipua eorum inſignia, gladius & arma fuerint ; quæ quamvis parvi momenti eſſe viderentur, mirificè tamen deterruiſſe plebem ac patritiis vim & poteſtatem auxiſſe, *ſcribit. Clapmar. lib. 3. d. arcan. Rerumpubl. c 19.* cujus rei imaginem etiamnum quandam durare in quibusdam Germaniæ urbibus ubi præterquam Nobilibus & Patritiis non fas ſit cuiquam geſtare gladium. *Draco. de patric. c. 6. num. 55. & ſeqq.*

CONCLUSIO. XXXIV.

Rectè Nobiles adhuc Equitibus Romanis (qui hodie plerumque poſt coronationes Regum creantur zu Ritter geſchlagen werden / adjectis his verbis : *Soyez chevalier au nom de Dieu*, percuſſis gladio evaginato leviter eorum humeris, qui ordinem hunc mereri viſi ſunt. *Otto IP. p. m. 200. conf. præter experientiam propriam, noviſſ.* Teutſchen *Florum, loco de Coronatione Ferdd. & Divi Leopoldi ibique ex Imperii Nobilitate cinctos Equites* Ritter / *Acta Ratisbon. & Francof. publica*) vel auratis per diplomata creatis æquiparantur licet accura-

7 i -

accuratè loquendo ein Ritter major ſit Nobili ſimpliciter ita dicto. *R. I. de ao 1495. P. O. Rrf. de ao. 1548. &c.* nihilominus tamen multis in locis Nobilium in ſpecie ita dictorum ordo vocabulo Ritterlich ſte denotatur, *O. R ao. 1500. 1515. &c.* Quæ Equeſtris dignitas ſingulis actionibus egregium lumen adhibet, domeſticis & illuſtrium collegarum abſolutis veris exemplis ad virtutem excitat , aut à vitio per metum infamiæ abſtinet In ea quippe tempora nati ſumus , quibus firmare animum expedit conſtantibus exemplis. *Tacit. Ann. 16. 35* ? cum optimi mortalium altiſſima cupiant *Idem Tacit.* Ea ambitione igitur flagret vir Equeſtris, ut famam fortitudinis, prudentiæ & probitatis acquirat, & à mox dictis illuſtribus Directorum &c. Collegarum vivis exemplaribus addiſcat: Qui malitiam fortitudini admiſcent, timentur pleruṁque, ſed cum odio ferociæ inſtar færarum ſævientium, quæ nunquam carent voluntate nocendi, modò poſſint : Quorum verò mens generoſa ad bonum finem tendit, ii omnibus ſunt chari, ut angeli tutelares, quos Deus noſtro bono perverſis opponit. Et cùm nemò non ſuæ famæ ſit pertinax, atque adeò maximè in quovis vitæ genere vir Equeſtris ordinis ante omnia, ſano tamen cum ſenſu & ratione recta, optima illa duce, ne ut hoc æſtro brutali videatur percitus furere, habuerit reſpectum armorum, quæ verum indicium Nobilitatis : Hic ſeſe religioſum, non tamen litigioſum, ob genuinam fortitudinem ſemper conjunctam cum Juſtitia *N. 69. pr.* demonſtret, nullus dubito, quin ordinis liberi Equeſtris collegæ ſeu ut vocantur frey-Adeliche Mitglieder/ honoris etiam, & gloriæ parandæ cauſa, exterorum Regum & Principum bellis ſine ſpeciali conceſſione Imperatoriâ intereſſe poſſint. Frembden Potentaten vmb ehr vnd Ruhm mit Ritterlichen thaten zudienen vnd Völckher zuführen. quod Germ. libertatis ſignum *v. R. I. d. anno 1544. §.* Vnd wiewohl wir *1570. §.* Denſelben wir anfangs 4. Reitter beſtallung *ejusd. anno 1570. ſub fin. §.* Nach dem auch. *fol. 645. R. I. d. anno 1582. §.* Ferner obwohl im H. Reich *31. & Q. Cubach. ap. Arumæ. de jur. publ. tom. 4. diſcurſ. 20. per tot. & Q. Ill. p. m. 176. ſeqq.* Egregiè hinc *Tacit. d. mor. Germ. ait. Si Civitas, in qua orti ſunt, longâ pace & otio torpeat, plerique Nobilium Adoleſcentium petunt ultrò eas Nationes, quæ tum aliquod bellum gerunt;*

quia

qua & in grata Gente quies, facilius inter ancipitia clareſcunt. Et paulò poſt: *pigrum & iners videtur ſudore acquirere, quod poſſu ſanguine parare.* modò non ſit bellum contra Imperium, vel quendam ipſius ſtatum innocentem. *Spectaſis. Capit. Leop. art. 16. in fin.* cùm conſtet maximo ſuo cum detrimento, præteritis tempeſtatibus plurimos hoc eſſe expertos, plenaria tamen immobilium reſtitutione per Inſt. Pacis ſubſecutâ; imò hoc ipſis non ita pridem per Edicta Cæſarea eſſe prohibitum, ne ſe implicent in præſentia bella, ſub pœna uſitatâ Confiſcationis omnium bonorum & feudorum &c.

Conclusio. XXXV.

Tantum de perſonalibus Inſignibus! quæ latiùs perſequi tela mea haud permittit, illo in diſquiſitionem adhuc veniente: Utrum inferior ſuperioris inſignia deferre, vel ſuis rebus appingere poſſit? Quod neg. *per l. 1. C. De his qui potent. l. 6. C. de div. reſcr. l. 38. ff. de Injur. l. 28. §. 7. ibique Goth. ff De pœn. l. 6. ff. ad L. Iul. Maj. l. 21. C. d. Oper. publ. l. 4. C. De Spectac. 11. 40. Sc. principaliter*, ubi arma ſua cum inſigniis Principis conjungens, videtur ſe eidem facere æqualem, ſicut Deo Lucifer ideò ejectus è Cælo: *acceſſoriè* enim non eſt prohibitum, utputa in ſignum ſubjectionis, *l. 1. ibiq; Goth. C. ut nem. priv.* & reverentiæ, vel ex conceſſione, ut dictum, ſingulari. *l. 1. C. de Mun. non contin.* ſuperponere inſignia propriis domini, inſignia Regis vel Comitatus, prout hoc de conſuetudine obſervatur. Extra quos caſus, (& niſi expediendæ tantùm ſalutis cauſa, non verò qno quid invitis exprimeretur) ita inſignibus altioris ordinis utentes, militiamque confingentes, quo quem terreant vel concutiant, humiliores capite plectuntur, honeſtiores in inſulam deportantur. *Cujac. ad Paul. Recept. Sent. lib. 5. tit. 25. verſ. qui inſignibus. p. m. 272. in oper v. Carpz. & alios criminaliſtas de crimine falſi agentes.* Majorum Magiſtratuum ſiquidem inſignium à minore uſurpatio ſine populi vexatione accidere non poteſt. *Tacit.* imò qui ſe pro milite geſſit aut Prætore, uſurpatis illicitis inſignibus quo quid ejuſmodi terrore auferret, falſi pœna. *l. 27. §. ult. ff. de Falſ.* coercetur, aut Majeſtatis. *l. 3. ff. Ad L. Iul. Maj.* imò *argum. d. l. 6. C. de Div. reſcr.* inſignibus in præeminentiam Principis inductis nullo modo præſcribi poteſt, à

privato, ſed ſi fuerit Princeps vel aliâs ad tale jus capax & habilis v. *§. 60. num. 14.*

CONCLUSIO. XXXVI.

Inſignia Gentilitia commodè diſtingui poſſe videntur, in illa, quæ vel apertis, vulgò Wapren mit offenem Helm/ id eſt quibus galea perforata eſt, adjecta nonnunquam corona exornata, vel noſtris moribus Thurnier-Helm / aut rectum intuitum habentibus quæ videntur nobiliora, aut dextras aut ſiniſtras partes reſpicientibus: vel clauſis ſeu cancellis non diſtinctis cum galeis mit zugethan verſchloſſenem / vulgò Stech-Helm impertiuntur. *Capit. Divi Leop. art. 44. in fin.* utraque enim hæc in concedente Majeſtatem arguunt. *argum. d. Cap.* Verùm quicquid hoc ad Armoniæ leges ſpectans ſit, hodierna tamen Licentia (optimis paulatim ad pravitatem per rerum humanarum viciſſitudinem à condito Mundo corruptis) iſtos cancellos pati non videtur. *D. Limn. 6. J.P. 6. num. 7.* cùm conſtet ex Hiſtoriis, miram ſemper & incredibilem Inſignium varietatem olim in hoc extitiſſe, & Principes viros aliosque non tàm præcisè hos mores obſervaſſe, & adhuc dum pluresque Nobiles, ut teſtatur experientia, obſervare, utentes quandoque galea etiam clauſa, imò tantùm clypeis haud quaquam galeatis, prout notiſſimum propterea Ducibus Brunſuicenſibus cum Civitate Brunſuiga olim ortum aere diſſidium, conſuetudines plurimorum in Germania, Italia, Hiſpania, Anglia &c. probant, & pluribus *ex Spelmanni Aſpilogia ibique ſculptis Inſignibus aliisque Gentilitiorum catalogorum Autoribus* videri poteſt. Et hinc fortaſſe inde, quia nonnulli hoc indifferenter æſtimant, potentes, cuicunque ſuper Inſignibus galeam clauſam gerere conceſſum, & ſimul permitti, ſi velit, uti aperta. *Secundum Dracon. De Patrit. lib. 4. c. 4. num. 13. fol. 297.* quia utraque hæc Reſervatis accenſentur, & Der verſchloſſene Helm ohne das zum ernſt / der auf gethaner zum Schimpf angeſehen. *v. § 57. verſ. horum verò.* Ut ut ſit error tamen eſt vulgaris Dd. quando ultima hæc, ipſis non Nobilis inſignia, à quolibet privato propria auctoritate uſurpari poſſe, obſervant, aliud enim ſi veritati conſonum, fruſtrà certè ab Impp. loco ſingularis gratiæ (& ab his poteſtatem habentibus) impetrarentur. *Dram. De Origine*

Origin. & Iur. armor. part. 1. concl. 32. quod tamen ſæpiùſculè fieri præter miſeram experientiam, plus quàm abundanter ex galeatorum infinitâ penè multitudine & mercimonio probat *Georg. Mund.* von Rodach in *Tr. De Comitibus. Palat c. 3. num. 298. ſeqq.* Interim ego contra negantium magis *Placentiam* quàm *Veronam* iter dirigentium caſtra, vel plumbeo pugione confodienda, ſtatuo per Jura vulgata: nec communem errorem jus facere, ſeu ex errore ad jus eſſe inferendum. *arg. l. 15. ff. d Iurud.* nec multitudinem ſeu conſuetudinem abuſumque errantium, errori & abuſui patrocinium præſtare. *l. 46. §. ult. ff. de Iur. fiſc.* nec vitandam illam delinquentium copiam. *arg. N. 10. in fin. C. tales. 4. diſt. 23.* facere poſſe, quo minus tale facinus, quod commiſſum, infectum vel honeſtum haberi queat. *arg. t. t. C. De His qui potent.* Quod enim ante multa ſecula injuſtum fuit nemo hodie juſtificare poteſt, *juxta prov. Germ:* Hundert jahr ohnrecht / iſt t in jahr recht. *D. Reink.* Bibliſcher Policey. *p. m. 662.* nec exemplis pro fundamento nullum jus conſtitutum habentibus, nec ex multitudine auctorum, quod melius & æquius eſt. ſed ex LL. (quibus non factum ſed jus. *arg. l. 12. ff. De Off. Præſid.* nec illud reſpicitur, quid hic vel ille ſentiat, ſed quid ex rei veritate, & juris diſpoſitione ſentire debeat) judicandum. *l. 1. §. 6. C. De V. I. E.* ita ut nec communi opinioni adhærendum, quando vel evidenter falſa apparet, vel probabili aliquâ ratione erroris convinci poteſt. *Exod. 23. 2. C. Capellanus. 4. in fin. & ibi Panormit. ext. de Feriis. c. 5. diſt. 9. c. 1. De ſumma Trin. in 6.* nec ubi jus clarum eſt, ad ſententias recurrendum, maximè ubi legis publicæ in contrarium pugnat auctoritas. Et quid opus eſt, ut plura hîc cumulem, vel hæc emendicando de jure Privato, involvam ſilentio deciſionem in terminis Juris publici; Sacratiſſimum Imperatorem Divum Leopoldum, contra arctum illum duro tantùm abuſu & licentia contextum nodum, ne æternum liget advocabo, qui eum ſecet *per Capit. ſuam art. 44.* cujus verba *0. 56.* relata vide: ita ut, cùm ipſius Juſtiſſimæ ſententiæ adhærere debeamus, ſicut Bononienſes adhærent Carocio, *ut dicit. gloſſ. in l. 202. De R. I.* copiam aliarum rationum hîc adferre, operæ non duxerim pretium: Tollatur igitur abuſus juxta notabilia verba in *l. 13. §. fin. ff. De Injur. uſurpatum tamen & hoc eſt, tametſi*

nullo iure ; & maneat verus & legitimus uſus. *argum. c. quiſquis. Diſt. 41.*

CONCLUSIO. XXXVII.

